




Loci communes rerum theologicarum, seu hypotyposes teologicae

<https://hdl.handle.net/1874/429547>

LOCI
 COMMUNES RERVM
 THEOLOGICARVM,
 SEV HYPOTYPO/
 SES THEOLOGICAE.



PHILIP
 MELANCH. AVCTORE.



IVXSTA PIO ATQVE ERV
DITO VIRO D. TILOMA,
NO PLETTENERO, PHI
LIP. MELANCH. S.



INNO SUPERIORE.
Paulinam Epistolam
quæ Romanis in scri-
pta est, enarraturi, com-
munissimos rerum the-
ologicarum locos, adeoque
illius Epistolæ farraginem
cum methodica ratione digessimus.
Quæ lucubratiuncula, cum in hoc tantum
esset parata, ut Paulinæ disputationis argu-
mentum $\kappa\alpha\iota\ \epsilon\lambda\epsilon\gamma\chi\omicron\mu$ quâ pinguiissime iis indi-
caret, quos priuatim docebamus, tamē ne-
scio a quibus euulgari cepit, quorum mihi,
quicumque tandem publicauerūt, studiū ma-
gis, quā iudiciū, probat, nempe quod ita scripsissem
ut sine Pauli Epistola, nū satis intelligi pos-
set, quid in toto opere secutus essem. Nūc,
quā mihi non est in manu libellū, prope mo-
dam publici iuris factū premere, visum est
recognoscere ac sub incudem reuocare, de-

syderabant enim pleraque accuratiorē dispu-
tationē, pleraque etiā, limā. Porro, quod ad
argumenti summā attinet, indicantur hic
Christianæ discipline præcipui loci, ut in-
telligat iuuentus, & quæ sint in scripturis
potissimū requirenda, & quā fœde halluci-
nati sint ubique in re theologica qui nobis p
Christi doctrina Aristotelicas argutias pro-
didere. Parce uero ac breuiter oīa tractam⁹
q̄ indicis magis, q̄ commentariū uice fungi-
mur, dum nomenclaturā tantū facimus lo-
corū, ad quos ueluti diuertendū est erranti
per diuina uolumina, dū paucis tantū v̄bis
monemus e quibus summa Christianæ doctri-
næ p̄deat. Non hoc ago ut ad obscuras ali-
quas & impeditas disputationes a scriptur-
is auocē studiosos, sed ut, si quos queā, ad
scripturas inuitē. Nam in uniuersum nō ad
modū æquus sum cōmentariis, ne ueterū
qdē, tantū abest, ut ullo meo longiore scri-
pto uelim quēquā a canonicę scripturæ stu-
dio retrahere. Immo nihil peride optarim,
atq; si fieri possit, Christianos omnes in so-
lis diuinis literis liberrime uersari, & in il-
larū indolē plane transformari. Nam cū in
illis absolutissimā sui imaginē expresserit

diuinitas, nō poterit aliūde, necq̄ certius, ne
q̄ p̄p̄ius cognosci. Fallit̄ quisq̄s aliūde chri
stianismi formā petit, quā e scriptura Ca
nonica. Quantū .n. ab huius puritate absūt
cōmentarii? In hac nihil reperias nō augu
stū, in illis, quā multa quæ a p̄p̄ia, ab huma
næ ratiōis æstimatiōe pendēt, q̄ cū iudicio
sp̄s p̄sus ex diametro pugnat̄. Nō sic deri
uerāt τὸ Ἰουδικὸς scriptores, ut nihil nisi ^{ἰσχυρὰ}
^{ματικὰ} spirarent. Ex origene, si tollas, in cō
cinnas allegorias, & philosophicarū senten
tiarū syluā, quantulū erit reliquū? Et tñ hūc
auctorē magno cōsensu sequunt̄ Græci, &
ex latinis, qui uident̄ esse colūnæ, Ambro
sius & Hieronymus. Post hos fere quoq̄s
q̄ recētior est, eo est insincerior, degenera
uitq̄ tandē disciplina Christiana in schola
sticas nugas, de qb̄ dubites, impiæ magis
sint, an stultæ. Breviter fieri neq̄t, quin cau
to etiā lectori sepe imponāt hūma scripta.
Qd̄ si oīno prophetia et adflatus quidā est,
cognitio sacrarū rerū, cur non hoc literarū
genus amplectimur, per qd̄ illabitur sp̄s.
An nō oīa sui sermonis opera deus efficit?
Multa .n. docebit scripturarū usus p̄ritus,
seu ut Iohānes ait, unctio, quæ quātavis hu
mani ingenii industria, nō queat adsequi.

Nos certe nō aliud agimus, quā ut eorū q̄
in scripturis uersari uolent, studia utcūq; iu
uemus, Id si nō uidebitur præstare libellus,
pereat sane, nihil enim mea referre censeo,
quid de publico opere publice iudicetur.

LOCI COMMVNES SEV Hypotyposes theologicæ.

REquiri solēt in singulis artibus loci q̄
dam, qbus artis cuiusq; sumā cōprehendit,
qui scopi uice, ad quē oīa studia dirigamus,
habent. Quod in theologia ueteres q̄q; secu
tos uidem⁹, parce quidē ac sobrie. Ex recē
tiorib; uero Damascenū ac Longobardū,
inempte utrūq;. Nimiū em̄ philosophatur
Damascenus, Longobardus cōgerere ho
minū opiniones q̄ scripture sententiā refer
re maluit. Et quāq; nolim immorari studio
fos, ut antea dixi, hoc genus sum̄is, tū ppe
necessariū duco indicare saltim e quibus lo
cis rerum summa pendeat, ut quorsum diri
genda sunt studia intelligatur.

Sūt aut rerū theologicarū hæc fere capita

Deus

Vnus

Trinus

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Creatio

Homo, Hominis uires.

Peccatum

Fructus peccati, Vicia.

Pœnæ

Lex,

Promissiones,

Instauratio per Christum,

Gratia

Gratiæ fructus

Fides

Spes

Caritas

Prædestinatio

Signa sacramentalia

Hominum status

Magistratus

Episcopi

Condemnatio

Beatitudo

In his ut quidã prorsus incõprehensibiles sunt, ita rursus sunt quidã, q̄s uniuerso uulgo Christianorũ cõpertissimos esse Christus uoluit. Mystera diuinitatis recti⁹ adorauerimus, q̄uestigauerim⁹. Imò sine magno periculo tentari nõ possunt, id qd non

PER PHILIP. MELANCH.

raro sancti uiri etiã sunt expti. Et carne filii
 deus Opt. Max. induit ut nos a cõtemplati
 one maiestatis suæ ad carnis, adeoq; fragili
 taris nostræ contẽplationẽ inuitaret. Sic &
 Paulus ad Corinthios scribit, deũ p stultiti
 am p̄dicatiõis, nimirũ noua rõne uelle cog
 nosci, cũ nõ potuerit cognosci in sapientia,
 per sapientiã. Proinde nõ est cur multũ o
 pere ponam⁹ in locis illis supremis, de deo
 de unitate, de trinitate dei, de mysterio cre
 ationis, de modo incarnationis. Quæ so te
 qd adsecuti sunt iam tot seculis scholastici
 Theologistę cũ in his locis solis uersarenť:
 Nõne in disceptatiõibus suis, ut ille ait, ua
 ni facti sunt, dũ tota uita nugant̄ de uniuers
 salibus, formalitatib; connotatis, & nescio
 qb⁹ aliis inanib⁹ uocabulis: & dissimulari
 eorũ stultitia posset, nisi euangeliũ interim
 & beneficia Christi obscurassent nobis ille
 stultæ disputatiões. Iam si libeat ingenioso
 mihi esse in re nõ necessaria, facile qã euertere
 quæcũq; pro fidei dogmatis argumenta
 pduxerũt, & in his q̄ multa rectius pro hæ
 resib; qbusdã facere uident̄, q̄ p catholicis
 dogmatis. Reliqs uero locos, peccati uim,
 legẽ, gratiam, q̄ ignorarit, non uideo quõ

HYPOTYPOSES. THEOLOG.

Christianū uocē, nā ex his pprie Christus cognoscit, siqdē hoc est Christū cognoscere, bñficia eius cognoscere, non, qđ isti docent, ei⁹ naturas, modos incarnatiōis cōtuleri. Ni scias in quē usum carnē induerit, & cruci adfixus sit Christus, qđ pderit eius historiam nouisse? An uero medico satis est nouisse herbarū figuras, colores, liniamēta, uim scire natiuā nihil refert. Ita Chr̄m, qui nobis remedii, & ut scripturæ x̄bo utar, salutaris uice donat⁹ est, oportet alio qđā mō cognoscam⁹, quā exhibent scolastici. Hæc demū Christiana cognitio est, scire qđ lex poscat, uñ faciendę legis uim, unde peccati grām petas, quō labelscentē aīum aduersus dæmonē, carnē, & mundū erigas, quō adfictam cōtientiā cōsoleris. Scilicet ista docent scolastici. Paulus in Ep̄la quā romanis dicauit, cū doctrinæ Christianæ Compendiū conscriberet, nū de mysteriis trinitatis, de modo incarnatiōis, de creatiōe actiua, & creatiōe passiuā philosophabat⁹? At qđ agit? certe de lege, peccato, gratia, e q̄bus locis solis Chr̄i cognitio pendet. Quoties Paul⁹ optare se testat⁹ fidelib⁹ locupletē Chr̄i cognitionē. Præuidebat. n. fore ut re

PER PHILIP. MELANT.

licitis salutaribus locis, anios cōuerteremus
ad frigidas & alienas a Ch̄ro disputatiōes.
Itaq; nos aliquā delīneabimus eorū locorū
rōnem q̄ Ch̄m tibi cōmendent, q̄ consciē
tiam cōfirmant, qui animū aduersus Sata
nam erigant. Pleriq; locos uirtutū & uicio
rū tm̄ in scripturis reqrūt, sed ea obseruatio
philosophica magis est, q̄ Ch̄rana. Quod
cur ita dicam, paulo post intelliges.

DE HOMINIS VIRIBVS

adeoq; de libero arbitrio.

Scripsere de libero arbitrio Augusti
nus & Bernardus, & ille quidē sua po
steriorib⁹ libris q̄s aduersus Pelagianos edi
dit multipliciter retractauit. Bernardus non
est similis sui. Sunt hac de re etiā apud græ
cos quædā sed sparsim. Ego, q̄nquidē non
sequar hominū opiniōes, & simplicissime,
& planissime rem exponā, quā fere obscu
rarūt auctores tū ueteres tū noui, quia sic int̄
pretabant̄ scripturas, ut simul uellent tñ ra
tionis hūanæ iudicio satis fieri. Parū ciuile
uidebatur docere, necessario peccare homi
nem, crudele uidebat̄, rephendi uoluntatē,
si nō posset se a uicio ad uirtutē conuertere.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Ideo & plura uiribus hūanis, quā par erat, tribuere & mire uariarūt cū rōis iudicio uiderēt ubiq; refragari scripturas. Et in hoc qdē loco, cū prorsus Christiana doctrina a philosophia, & hūana ratiōe dissentiat, tamen sensim irrepsit philosophia in Christianismū, & receptū est impiū de libero arbitrio dogma, & obscurata Christi beneficētia p̄prophanā illā & animalē rationis nostræ sapientiā. Usurpata est uox liberi arbitrii, a diuinis literis, a sensu & iudicio spiritus alienissima, qua uidemus sanctos uiros nō raro offensos esse. Additū est e Platonis philosophia uocabulū Ratiōis æque p̄nitiosū. Nam perinde atq; his posteriorib; ecclesie temporib; Aristotelem pro Christo sumē amplexi, ita statim post ecclesie auspicia p̄Platonicā philosophiā Christiana doctrina labefactata est. Ita factum est, ut præter Canonicas scripturas nullæ sint in ecclesia sinceræ literæ. Redolet philosophiā, quidquid omnino cōmentariis proditum est.

Ac primum qdem in describenda hominis natura nō habemus opus multiplicibus philosophorū partitionibus. Sed paucis in

PER PHILIP. MELANCH.

duo partimur hominem. Est enim in eo uis cognoscendi, est & uis quae uel persequitur, uel refugit, quae cognouit. Vis cognoscendi, est qua sentimus, aut intelligimus, ratiocinamur, alia cum aliis comparamus, aliud ex alio colligimus. Vis est qua adfectus oriuntur, est qua aut auersamur, aut persequimur cognita, hanc uim alias uoluntatem, alias adfectum, alias appetitum nominant. Non puto magno opere referre, hoc loco separare sensum ab intellectu, quae uocantur, & appetitum sensum, ab appetitu superiore. Nos enim de superiore loquimur, hoc est, non modo de eo in quo fames sitis, & similes brutorum adfectus sunt, sed de eo in quo amor, odium, spes, metus, tristitia, ira & qui ex his nascuntur adfectus insunt, ipsi uoluntatem uocant. Cognitio seruit uoluntati, ita liberum arbitrium nouo uocabulo uocant coniunctam uoluntatem cum cognitione, seu consilio intellectus. Nam perinde, ut in Republica tyrannus, ita in homine uoluntas est, & ut senatus tyranno obnoxius est, ita uoluntati cognitio, ita ut, quaquam bona moneat cognitio, respiciat tamen eam uoluntas, feraturque adfectu suo, ut posthac clarius explicabimus.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Rursum intellectū cū uolūtate coniunctū,
 uocāt rationē. Nos neq; ratiōis, neq; liberi
 arbitrii uoce utemur, sed hoīs partes nomi
 abim⁹ uim cognoscendi, & uim obnoxia
 adfectib⁹, hoc ē amori, odio, spei, metui, &
 silibus. Hæc oportuit monere q̄ facilius po
 stea indicari posset legis ac græ discrimen.
 imo q̄ certius ēt cognosci posset, num q̄ sit
 penes hominē libertas. Et in hac re mirum
 est, quā operose se uersati sint nū ueteres, tum
 noui. Nos, si q̄s hæc calūniabit, libenter &
fortiter tuebimur nostra. Volui eim modo
 pinguiſſime delineare hominē, & uideor
 mihi, quantum omino retulit, de hominis
 partibus dixiſſe.

Pertinet autē ad uim cognoscēdi lex. i. co
 gnitio faciendorū. Ad uim affecturū uirt⁹,
 peccatū. Libertas nō dī proprie cadere in
 partē cognoscentē, uerū ea uolūtati obtēpe
 rans, huc aut illuc rapit. Est autē libertas, po
 ſſe agere, aut nō agere, poſſe ſic aut aliſi age
 re. Itaq; in quæſtionem uocatur ſit ne libe
 ra uoluntas, & quatenus libera ſit.

RESPON. Qñqdem omnia quæ eue
 niūt, neceſſario iuxta diuinā prædeſtinatione
 nem eueniunt, nulla eſt uoluntatis noſtræ

PER PHILIP. MELANTH.

libertas. Paul. ad Ro. xi. Quoniã ex ipso 2^o
 Ad Ephesios. i. Qui operat oĩa scđm cōsili
 um uolūtatis suę. Mat x. Nonne duo passe
 res asse ueneūt, & unus ex illis nō cadet sup
 terrã sine patre uřo. Obsecro qđ hac snia
 clari⁹ dici potuit. Prouer. xvi. Vniuersa p/
 pter semetipm opatus est dñs, impium qđqđ
 ad diem malū. Et rursus. xx. A dño dirigū
 tur gressus uiri, qđ aut hoim pōt intelligere
 uia suã. Rursum xvi. Cor hois dispōit uia
 suã, dñs aut dirigit gressus ei⁹. Hier. x. Scio
 dñe, qđ nō est hois uia eius, nec uiri est, ut di
 rigat gressus suos. Præterea idem docēt di
 uinæ historiæ, Gne. xv. Nec dum cōpletæ
 sunt inigtates amorreorū. In secūdo capite
 primi libri Regū. Et nō audierunt uocē pa
 tris sui, quia uoluit dñs occidere eos. Quid
 similius casui fortuito, quã qđ Saul abit, que
 siturus asinas, & ungit a Samuele, iaugurat
 qđ regno. Rursū in primo regnorū, capi. x.
 Abiit cū Saule pars exercitus, qđ tetigerat
 corda deus. In tertio regnorū cap. xij. nō ac
 quirit rex populo, quoniã auersatus fuerat
 eū dñs, ut suscitaret uerbum suū, qđ locut⁹
 fuerat in manu Ahia Silonite ad Hierobo
 am filiū Nabath. Et qđ aliud i nono capite

HIPOTIPOTES THEOLOG.

& xi. ad Romanos Paulus agit, quam ut omnia que fiunt in destinationem diuinam referat. Abhorret ab hac sententia iudicium carnis, seu rationis humanæ, contra amplectitur eam iudicium spiritus. Neque enim uel timorem dei, uel fiduciam in deum certius alium de discas, quam ubi imbueris animum hac de predestinatione sententia. An non eam ubique in preceptis uerbis inculcat Solomō? ut alias timorem, alias fidem doceat. An non inculcat eam in eo libello cui Ecclesiastæ titulus est? Multum enim omnino refert ad premendam, damnandamque humanæ rationis tum sapientiam tum prudentiam, constantem credere, quod a deo fiant omnia. An non hoc uno ioco efficacissime consolatur discipulos Christus? cum inquit, Omnes capilli capitis uestri numerati sunt. Quid igitur inquires nulla ne est in rebus, ut istorum uocabulo utar, contingencia, nihil casus, nihil fortuna? Omnia necessario euenire scripturæ docet. Esto, uideatur tibi euenire in rebus humanis contingencia, iudicio rationis hic imperandum est. Sic Solomō, cum in predestinationis cogitatione uersatus esset, inquit, Et intellexi, quod omnium operum dei nullam possit homo inuenire rationem eorum.

PER PHILIP. MELANCH.

quæ sub sole fiunt, Sed ineptus uidear, qui
statim initio operis de asperrimo loco, de p̄
destinatiōe differā. Quanquā qd̄ attinet in
Compendio primo, an postremo loco id a/
gam, quod in oēs disputatiōis nostræ ptes
incidet. Et cū de libero arbitrio omnino pri
mo loco agendū esset, qui potui dissimulare
sententiā scripturæ de prædestinatiōe, qñ
uolūtati nostræ libertatē, per p̄destinatiōis
necessitatē adimit scriptura. Quāq̄ non oī/
no nihil puto referre, statim pueriles mētes
hac sentētia imbui, q̄ oia eueniāt, nō iuxta
hoīm consilia & conatus, sed iuxta dei uo/
luntatē. An nō hoc Solomon in illis gno/
mis suis, q̄s puericię scripsit, statim a princi
pio monet. Et qd̄ asperior paulo sententiā
de prædestinatiōe uulgo uidetur, debem⁹
illi impiæ Sophistarū theologiæ, quę sic in
culcauit nobis rerū contingentiam & liberta
tem uoluntatis nostræ, ut a ueritate scriptu
ræ molliculæ aures ab horreant. Proinde
ut iis etiam consulamus, quibus hæc durio
ra uidentur, quæ de prædestinatione dixi
mus, ipsam uoluntatis humanæ naturam
ppius cōtemplabimur, ut intelligāt studio
si, nō mō in re theologica falsos sophistas,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

sed & in naturæ iudicio. Dicem⁹ autē de præ
 destinatione paulo post suo loco, teuelle/
 musq; quā licebit breuissime quæ hac de re
 impie commēti sunt Sophistæ. Vallam ait
 Eccius, q̄ scholarū sententiā de libro arbi/
 trio cōfutarit, plura uoluisse scire q̄ didicif/
 set, scilicet egregie festiuus nugator. Quod
 si idem nobis obiecerint istę lamiaę uersari
 hominem grāmatistam in re theologica,
 Quid respōderimus, nisi, ut ne ab auctore
 rem æstiment? Nunc em̄ nō referre qd̄ p̄fi/
 teamur, sed utrū uera sint quæ docemus an
 cōtra. Neq; uero a nobis aliena censi de/
 bet rerū sacrarum professio, nisi nō sumus
 Christiani, quādoquidem cōmunis omni⁹
 um esse debet Christiana disciplina.

1 Quod si uoluntatis humanæ uim, p̄na/
 turæ captu æstimes, negari nō potest iuxta
 rationē humanā, quin sit in ea libertas quæ
 dam externorū operum ut ip̄e experiris in
 potestate tua esse, salutare hoīem aut nō sa/
 lutare, indui hac ueste, uel non indui, uesci
 carnibus aut non uesci. Et in hāc ext̄noꝝ
 operū cōtingentiā defixerūt oculos philo/
 sophastri, q̄ libertatē uolūtati tribuere. Ve/
 rum q̄a deus non respicit opa externa, sed

PER PHILIP. MELANCH.

Internos cordis motus, ideo scriptura nihil
p̄didit de ista libertate. Qui externa & p̄so/
nata quadā ciuilitate mores fingunt, huius
modi libertatem docēt, nempe philosophi
ac recentiores theologistæ.

2 Cōtra, interni adfectus, non sunt in pote
state n̄ra, Experiētia em̄ usucq; comperim⁹
nō posse uoluntatem sua spōte ponere amo
rem, odiū, aut similes adfectus, sed adfectus
adfectu uincit̄, ut quia læsus es ab eo quem
amabas, amare desinis. Nā te ardētius, quā
queniū alium, amas. Nec audiā Sophistas,
si negent pertinere ad uoluntatem adfectos
hūanos, amorem, odiū, gaudiū, mœrorē
inuidentiā, ambitionē, & similes, nihil em̄
nunc de fame, aut siti dicit̄. Quid em̄ est uo/
luntas, si nō affectuum fons est? Et cur non
pro uoluntatis uocabulo cordis nomē usur/
pamus? Si quidē scriptura potissimā homi/
nis partem cor uocat, adeoq; eam in quana/
scuntur adfectus. Fallunt aut̄ scholæ cū fin/
gunt uoluntatē per naturam suā aduersari
adfectibus, aut posse ponere adfectum, quo
ties hoc monet consultiue intellectus.

3 Qui sit igit̄, cur sæpe diuersum ab adfe/
ctu homines elegamus? Principio, q̄ non/
B

HYPOTYPOSES THEOLOG.

nūquā aliud in opere externo eligimus, q̄
quod cupit cor seu uolūtas, fieri potest ut ad
fectu uincat̄ adfectus, ut negari non pōt qn̄
uoluptatū amās sit Alexander Macedo, tñ
quia gloriam magis ardet, deligit laborē uo
luptates aspernat, non qđ eas non amet, sed
qđ uehementius amet gloriā. Videmus em̄
in aliis ingeniis alios regnare adfectus, sua
quenq; cupidine trahi. In sordidis ingeniis
dominat̄ habēdi cupiditas. In liberaliorib⁹,
iuxta hominū iudicium, famæ ac popularis
gratiæ studium.

4 Deinde fieri fortasse pōt, ut p̄sus cōtra
oēs adfectus deligat̄ aliqd. Qđ cū sit per sili
tionē fit, ut cū q̄spiam eum, quē ex aīo odit,
cui ex animo male uult benigne, comit̄, plā
de tractat, nulla fortasse certa causa. Is ēt si
nō sentiat aliq̄ aliose adfectu uinci, sunt. n. in
genia qđā adeo blada, ut ēt eos, q̄s oderunt,
palpent. Is, inquā, simulat comitatē in exter
no ope, in q̄ s̄m naturā uideť esse quedā li
bertas. Atq; hæc est illa uoluntas quā nobis
stulci scholastici finxerūt, Scilicet uim talē,
que utcunq; sis adfectus, possit tñ adfectum
moderari tēperareq;. Vt quom fictitias stras
pœnitētiās docēt, Vt ut sis adfect⁹, censent

PER PHILIP. MELANCH.

uoluntati uim esse eliciendi, sic ipi loquuntur,
 actus bonos. Si quē odio habeas, posse uolū
 tatē statuere, q̄ hūc porro nolit odisse. Sic,
 quom natura simus impij, deiq; nō dico nō
 amātes, sed p̄sus contēptores, docent isti,
 posse uoluntatē elicere, q̄ deū porro sit ama
 tura. Quæso te mi lector, an nō putas insani
re, qui talem nobis uoluntatē finxerint. Atq;
utinā cōtingat mihi Sophista, qui hæc calū
niet, ut possim illā impiam, stultā, male phi
losophicam de uoluntate sententiā iusto uo
lumie, & integra disputatiōe confutare. Nā
 cum is qui odit, statuit ponere odiū, nisi re
 uera fuerit uehementiore adfectu uictus, pla
 ne est fictitia quedā intellect⁹ cogitatio, nō
 uoluntatis opus. Si statuatur Paris, ponere Oe
 nones amorē, nisi fuerit uictus reuera uehe
 mētiore adfectu, fucata fallaxq; cogitatio in
 tellectus est. Fieri potest ut diuersum impe
 ret cum intellectu cor tuum membris exte
 rioribus, linguæ, manibus, oculis, atq; est ad
 fectus animus, quia natura mēdaces sumus,
 ueluti linguæ oculisq; imperabat loab, ut
 quam blandiss. uideretur compellare Ama
 san, cordi uero imperare non potest, ut po
 nat adfectum quem concepit.

HYPOTYPOSES THEOLOG:

Ponit autem cum uehementiori cupiditate
 uictus fuerit hic adfectus quo occupatur.
 § Non negant adfectus scholæ, sed uocāt
 infirmitatē naturæ, satis esse si actus elicitos
 diuersos habeat uolūtas. At ego nego uim
 esse ullam in homine, quæ serio adfectibus
 aduersari possit. Censeoq; actus illos elici/
 tos, nō nisi fictitiā cogitationē intellectus
 esse. Nam cū corda deus iudicet, necesse est
 cor cū suis adfectibus summā ac potissimā
 hominis partē esse. Alioqui cur hominē ab
 imbecilliore parte deus æstimaret, & nō po/
 ti^o a meliore, si qua uolūtas est alia a corde,
 & adfectuum parte melior ac fortior. Quid
 hic Sophistæ respondebūt: Quod si uocabu/
 lo cordis, qd' usurpat scriptura, uti maluisse/
 mus, quā Aristotelico uocabulo uolūtatē,
 facile cauissem^o hos tā pingues tam crassos
 errores. Vocabat quidē Aristoteles uolun/
 tatē, delectum illū rerū in externis operib^o,
 qui fere mendax est, sed qd' ad Christianā di/
 sciplinā externa opera, si cor sit insincerū?
 Præterea ipse etiā Aristoteles non prodidit
 actus illos licitos, quos Scotus confinxit.
 Sed nūc non tam ago ut illos confutē, quā
 ut doceam te Christiane lector quid sequat.

PER PHILIP. MELANCH.

debeas. Fateor in externo rerū delectu esse
quandā libertatem internos uero adfectū, pr
sus nego in potestate nra esse, Nec permitto
aliquā esse uoluntatē quæ adfectibus aduer
sari serio possit, atq; hæc quod de hominis na
tura dico, Nā qui spiritu iustificati sūt, in iis
adfectus boni cum malis pugnant, sicut in
fra docebimus.

¶ Præterea quid attinet iactare externorū
operū libertatem, cū cordis puritatem deus
requirat. Pharisæica prorsus traditio est, quod
quid de libero arbitrio, de iusticia operū stul
ti homines & impii conscripserunt, iam ubi
adfectus paulo uehemētior fuerit, fieri non
potest quin erumpat, id quod dici solet. Na
turam licet expellas furca, tñ usq; recurret.
Iam & quā multa fiunt a nobis & in speciē
optima, & quæ nos ipsi pro bonis iudicam⁹
q̄ turpem adfectum nō uidemus unde pro
uiciscit opus. Est, n. uia quæ uideēt, inqt Solo
mon, homini bona, cuius extrema ducunt
ad mortē. Et cor hoīs prauū & inscrutabile
esse dicit Hieremias ppheta, Et Dauid, Del
icta quis intelligit. Et ignorantias meas ne
memineris. Adeo ad multa adfectus rapit
cæcos homines, quæ iudicare plane nō pos

HYPOTYPOSES THEOLOG.

sumus. Proinde Christianā mentē oportet spectare, nō quale sit opus in speciem, sed quālis apud animū adfectus sit. Nō qualis est operæ libertas, sed nunquā sit adfectuū libertas. prædicēt liberi arbitrii uim pharisæi scholastici. Christianus agnoscet nihil minus in potestate sua esse, quā cor suū. Atque utinam uiderent stulti scholastici quot animarū millia enecarint pharisaica sua deuterossi de libero arbitrio. Dicemus autem de adfectibus plura mox, ubi de peccato originali agemus.

S V M M A.

Si ad prædestinationē referas hūanam uoluntatem nec in externis nec in internis operibus ulla est libertas, sed eueniunt omnia iuxta destinationem diuinam.

Si ad opera externa referas uoluntatē, quædam uidetur esse iudicio naturæ libertas.

Si ad adfectus referas uoluntatem, nulla plane libertas est etiam naturæ iudicio.

Iam ubi adfectus cœperit furere & æstuare, cohiberi non potest quin erumpat.

Vides lector, quanto certius de libero arbitrio scripserimus, quā uel Bernardus uel ulli scholastici, porro hæc quæ hæcenus disputauimus subinde clarescent in reliquis

PER PHILIP. MELANCH.
compendii nostri locis.

DE PECCATO.

Mire obscurarunt & hunc locum Sophi-
stæ, cum de relationibus ratiōis in peccato
disputarent, cū distinguerent de actuali pec-
cato & originali, & alia multa, quæ superua-
caneum est recensere. Quid. n. attinet in Cō-
pendio omnia omniū somnia referre? Nos
rem paucis agemus, usurpabimusq; uocem
peccati scripturæ more.

QVID PECCATVM.

1 Peccatum originale est natiua propēsis,
& quidam genialis impetus & energia, qua
ad peccādum trahimur, propagata ab Adā,
in oēm posteritatem Sicut in igni est genui-
na uis qua sursum fertur, sicut in Magnete
est genuina uis, qua ad se ferrum trahit, ita
est in homine natiua uis ad peccandū. Scrip-
tura non uocat hoc originale, illud actuale
peccatum. Est. n. & originale peccatum pla-
ne actualis quæ dā praua cupiditas. Sed tam
actuale quam originale uicium, peccatum
simpliciter uocat, quanquam nonnunquā
ea quæ nos actualia peccata, uocet fructus
peccati, ut ad Romanos Paulus solet.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

& David, qđ originale nos, alias curuitatē, alias iniquitatē adpellat. Nec est quod hic de illis stultis relatiōibus in peccato disputem⁹ Præuus affectus, præuuscq; cordis motus est contra legem dei, peccatum.

V N D E P E C C A /

tum Originale.

2 Deus Opt. Max. cum condidisset hominē sine peccato, aderat ei per spiritū suū, qui hominē ad recta inflāmaret. Idem spiritus gubernaturus erat omnē Adæ posteritatē, nisi lapsus fuisset Adam. Iā posteaquā deliquit Adam, auersatus est deus hominē, ut non adsit ei gubernator dei spiritus. Ita fit, ut anima luce, uitæq; cœlesti carens excecet. & sese ardentissime amet, sua quærat, nō cupiat, nō uelit, nisi carnalia, contemnens dei, & qui possum ego uerbis cōsequi, hūani cordis prauitatē. Fieri eīm neq; quin sese maxime amet creatura, quā non absorpsit amor dei. Fieri nequit ut spiritalia amet caro. Sic .n. in Genesi legit. Nō pmanebit spūs me⁹ in hoie, q̄a caro est. Et apud Paulū ad Ro. ca. 8. Qui scđm carnē sunt .i. q̄ sine spiritu dei sunt (Nam ul' ex illo genesis loco liquet carnem esse uires humanas, sine dei spiritu) q̄

PER PHILIP. MELANCH.

carnis sunt adfectāt. Et rursus, adfectus carnis inimicitia est aduersus deū. Itaq; cū tradūt Sophistæ, Peccatū originale, eē iusticiæ originalis carentiā, sic loquūt ipsi, recte dñt, Sed cur non addūt, q̄ ubi non est originalis iusticia, seu spūs, ibi esse reuera carnē, reuera impietatē, reuera cōtemptū rerū spiritualiū. Primus itaq; adfectus, & sumus naturę hoīs est amor sui, a quo rapit, ut uelit, desideretq; ea tantū q̄ suæ naturæ bona, iucūda, dulcia, gloriosa uident, odio habeat, & formidet ea quæ naturæ aduersa uident, auersetq; eū q̄ arcet ab iis quæ cupit, aut qui præcipit ea sectari, ea quæri quæ displicent. Proh quæ hominū incōprehensibilis miseria est. Hinc in hoīe dei & legis & legis diuinæ odiū oriū. hinc hominī, ut mox latius explicabimus, ignis consumens deus est.

§ Esse uero peccatū originale Pelagiani negasse ferunt. q̄ dogma reuellit Augustin⁹ aliquot uoluminibus erudite. Nā in hac disputatiōe, potissimū regnat, ita, ut cætera fere q̄ præter Pelagianā causam scripsit, frigidiora uideant. Nos subiiciemus locos aliq̄t testantes esse peccatū originale. Et quid potuit clarius dici eo, qd' est scriptū ad Ephesi

HYPOTYPOSES THEOLOG.
os secundo capite. Erasmus natura filii iræ,
sicut & cæteri. Quod si natura sum⁹ filii iræ,
certæ nascimur filii iræ. Quid. n. ibi aliud a-
git Paulus, quam omnes uire nostros pecca-
to obnoxias nasci, nihil ullo tempore in ul-
lis hominum uiribus boni esse. Capite quin-
to ad Romanos instituit disputationem de
peccato, gratia, & lege. ubi peccatum docet
propagatum in omnes homines. Quomo-
do uero propagatum est unius peccatum, si
non ab uno omnes nascuntur peccatores?
Neq; uero negari potest, quin de originali
peccato eo loco Paulus disserat. Nam si de
suo cuiusq; peccato loqueretur, non posset
dicere, unius delicto, multos mortuos esse.
quod de actuali, quod uocant, peccato non
posse dici quis nõ uidet? nisi calumniari qs
textum uelit. Iam si non est auctor est pecca-
ti Adam, non erit solus Christus auctor iu-
sticiæ, sed etiam Adam. Item si de suo cuius-
q; peccato loquitur, cur pueri moriuntur, q̄
nondũ admiserunt peccatum, quod uocāt,
actuale? Et cū non nisi per peccatum mors
irrumptat, necesse est pueros peccati reos eē,
peccatumq; habere, at quod? certe origina-
le. Loquitur autem Paulus de eo peccato, p̄

PER PHILIP. MELANCH.

quod omnes mortū adiudicati sunt. Quin
conſyderamus Paulini ſermonis figuram.
Perinde enim atq; hic ad Romanos, alias eſ-
ſet Corinthiis ſcribit. Sicut in Adam omnes
moriuntur, ita in Chriſto omnes uiuifica-
buntur. Huc pertinet prophete exclamatio
Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in
peccatis concepit me mater mea. Significat
enim Dauid, ſe natum eſſe peccatorem. Pre-
terea, ſi omne deſiderium cogitationum hu-
mani cordis uanum eſt & prauū omni tpe,
ut Genesis vi. ſcribitur, neceſſe eſt cum pec-
cato naſcamur. Iam ſi in Chriſto omnes be-
nedicimur, neceſſe eſt in Adā maledicti ſi-
mus. At quid eſt male dici, niſi peccati nos
damnari? Huc pertinent immundiciæ in ty-
pis legis, huc pertinent cædes primo genito-
rum Aegypti. Et quid attinet multis rem
agere, cum Chriſtus apud Iohannem ſatis
clare dicat, Quod ex Carne natum eſt, caro
eſt, ſi caro eſt, ut ſupra monuimus, ergo ſua
quærit, ſeſe amat. Quod ſi non eſt obnoxia
peccato prima natiuitas, quid attinet rena-
ſci? Imo ſi carnis natiuitas bona eſt, quid at-
tinet renaſci ex ſpiritu?

HYPOTYPOSES THEOLOG.
VIS PECCATI

& fructus.

4 Minore negotio Pelagiani ueteres reueli pnt, quā nostrorū tēporū noui Pelagiani, q̄ & si nō negent esse peccatū originale, negant tñ, eam esse uim peccati originalis, ut om̄ia hominū opera, oēs hoīnū conat⁹ sint peccata. Proinde de uī, energiāq; peccati originalis paulo copiosius dicemus. Virax q̄dam energia est peccatū originale, nulla nō parte nostri, nullo nō tpe fructū ferēs, uitia Quando. n. hominis animus nō æstuat malis cupiditatib⁹, in quibus quæ teterrime ac foedissimæ sunt, ne deprehendunt quidē, avaritiā, ambitionē, odiū, inuidentiā, emulatiōem, libidinū flāmas, iram quis est qui nō aliqñ sentiat? arrogantia, fastū, tumore pharisaicū, cōtemptū dei, diffidere deo, blasphemia, principes adfectus rari sentiunt. Sunt qui in speciē uiuunt honestissime, & Paul⁹ se ita uixisse ante cognitū Christū testat ut rephendi non possēt. Hi nō habēt quod gloriant, siqdem animi sunt obnoxii turpissimis illis atq; miserrimis adfectib⁹, quos nō sentiscunt. Quidē si aliquādo, ut in morte, aperiat illis ocl⁹ deus; ut sua uicia, suos

PER PHILIP. MELANCH.

morbos sanctuli cognoscant. Nōne intelli-
 gent id, quod est apud Esaiam? Omnē glo-
 riam carnis, esse ceu gloriū fœni. Vides quā
 profunda sit, imō quā imperscrutabilis ma-
 licia hūani cordis. Et Sophistas nostros nō
 dum pudet docere operū iusticiā, docere sa-
 tisfactiōes ac philosophicas uirtutes. Esto fu-
 erit quædā in Socrate constantia, in Xeno-
 crate castitas, in Zenone temperantia, tamē
 quia in animis impuris fuerūt, imō q̄ amo-
 re sui, ex philautia oriebant̄ istæ uirtutū um-
 bræ, nō debent pro ueris uirtutibus, sed p̄
 uiciis haberi. Tolerans fuit Socrates, sed a-
 mans gloriæ, aut certe placens sibi de uirtu-
 te. Fortis fuit Cato, sed amore laudis. Effun-
 dit aut̄ huiusmodi uirtutū umbras de^o in gē-
 tes, in impios, in quosuis, non aliter atq̄ for-
 mam, opes, et similia dona largit̄. Et cū hęc
 externam uirtutis personā ac laruam miret̄
 tota humana ratio, pseudotheologi nostri
 falsi cæco naturæ iudicio cōmendarunt nos-
 tris philosophica studia, philosophicasq̄ uir-
 tutes & operæ externorū merita. At quid in
 uniuersum docent philosophi, si qui optime
 docent, nisi fiduciā & amorē nostri. M. Ci-
 cero in finibus bonorū & malorū oēm rati-

HIPOTIPOSES THEOLOG.

onem uirtutis, ab amore nostri, & philautia
 æstimat. Quãtum in Platone tumoris est &
 fastus. Neq; facile fieri mihi posse uidetur,
 quin ab illa Platonica ambitione contrahat
 aliquid uicii, si in illius lectionem inciderit,
 ingenium per sese altum, & uehemens. Ari
 stotelis doctrina est in uniuersum quædam
 libido rixandi, ut eum in paræneticæ philo
 sophiæ scriptoribus ne postremo quidem
 loco numerare conueniat. Sed de philoso
 phia posthac in legum ratione dicemus.

¶ Et ut rem omnem uelut incompendi
 um cogam, Omnes homines per uires natu
 ræ uere, semperq; peccatores sunt, & pec
 cant. Genesis. vi. Omne desiderium cogita
 tionum cordis humani uanum & prauum
 omni tempore. Et repetita est eadem senten
 tia in capite octauo, Sensus & cogitatio hu
 mani cordis praua, a puericia. Vbi nos legi
 mus prona est ad malum, quod quanquam
 non multum a sententiã absit, tamen uti ma
 lebam germana lectione, q; clarior sit, sim
 pliciter adfirmans hominem prauum esse.
 Ne quis mihi Thomista eludat Mosen, q;
 cum pronitas, seu inclinatio non sit actus,
 non possit esse peccatum, sic, n. philosophan

PER PHILIP. MELANCH.

tur stolidi sophistæ . Esaia .ix. Omnes hy-
 pocritæ sunt, & nequã, & uniuersum os lo-
 cutum est stulticiam. Rursum Esaia .xli. Ec-
 ce omnes uani, & uana opera eorũ, uentus
 & inane consilia eorum . Iterum Esaia .liiij.
 Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq;
 in uiam suam declinauit, & posuit dominus
 in eo iniquitatem omnium nostrũ. Quo lo-
 co propheta luculento uaticinio & historiã
 passionis Christi, & fructum exposuit, cum
 prædixit, talia passurum Christum, ut oĩum
 hominũ uideri possit abiectissimus, at ideo
 passurũ, ut iustificet multos, Si quidem oēs
 plane peccatores simus, nec aliunde iustifi-
 cemur nisi per fidem in Christum. Et de iis
 qui suis uiribus ac operibus iustificari uo-
 lunt, nõ p fidem in Christũ, inqt, dabit impi-
 os pro sepultura & diuites pro morte sua.
 Item fortium diuidet spolia. Nam impii, di-
 uites, fortes plane sunt isti humanæ iusticiæ,
 liberi arbitrii, philosophicæ ȳtutũ, breuiter
 hũarũ uiriũ adsertores, ignari Chri. Vides q̄
 breui cõtiõe totã Euãgelii uim descripserit
 Esaia. Tu uero Chre spiritũ ipti tuũ q̄ hæc
 nobis apiat et explicet mysteria. Iã et Dau-
 dẽ audiam⁹, q̄ cũ idẽ plerisq; locis sentiat, ut

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Oem hominē mendacē esse, tamē toto psalmo, xiiij. hoc intonat, cū inquit, Dixit insipiens in corde suo, nō est deus, Corrupti sūt, & abomiabiles facti sunt in studiis suis, Nō est q̄ faciat bonū. Dñs de coelo p̄spexit sup filios Adā, ut uideat, num sit intelligens aut requirens deū. Omnes defecerūt, simul inuiles facti sunt, nō est qui faciat bonū, nō est ne unus q̄dem &c. Ecce nō accusat hoīem simplicium uicioꝝ, sed atrocissimoz̄ scelerū, impietatis, incredulitatis, insipientiæ, sordii & contēptus dei, quæ uicia, deprehendere nemo potest p̄ter spiritū. Quid hic hypocritæ theologistæ? quæ nobis opera liberi arbitrii, quas hūanas uires prædicabitis? peccatū originale fingitis nō negari a uobis, & tñ docetis posse hominē suis uirib⁹ aliqd boni facere. Num arbor mala bonū fructū ferre potest? An non uidetis ut hic propheta arbore cū fructib⁹ descripserit, cū non modo de corde insipientis, sed & de oībus hominis studiis, consiliis, desideriiis, operibus, conatus loquit̄. Vides aut̄ quanto discrimine de homine iudicent philosophia!, seu humana ratio, & sacrae literę. Philosophia nō respicit nisi externas hominum laruas, Sacrae literæ

PER PHILIP. MELANCH.

poenitissimos & inphenribiles adfectus obseruant, quibus cum regat homo, de operibus pro adfectuum ratione iudicant. Et cum in omnibus operibus nostra queramus, necesse est ea, reuera peccata esse, & ut non dicam interim de crassissimis cupiditatibus. nonne eorum qui in specie bene uiuunt, alius ad huiusmodi mores trahit fastidio rerum humanarum, alius metu fortunae, alius ambitione, alius amore tranquillitatis, nam haec causae melioris in speciem uitae & quondam fuerunt philosophis, & nunc sunt plerisque hominibus, alius simulato quodam peccatae diuinatae metu, alii aliis causis, quis enim labyrinthum humani cordis possit explicare? maxime cum tanta sit adfectuum, quanta ingeniorum diuersitas. Quis est autem omnium hominum secundum naturam, qui non malit licere, indulgere genio, qui non aegre ferat coherceri lege. Quod si nunc non sentis, nihil refert, erit enim quom certis, senties, quam indigne tur animus cupiditates suas lege coherceri. Praeterea Iohannis, i. Quot receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, iis qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Vides damnari

HYPOTYPOSES THEOLOG.

fanguinē, uoluntatē uiri uoluntatē carnis, hoc est, oīno quidqd est uirium naturæ, ex deo uero filios nasci. Et ut multos locos præteream, quos studiosus lector per sese obseruabit. Iohan. xv. Sicut palmes non potest ferre fructū a semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis.

Obiter incidit confutandum quod impij isti Sophistæ hic ogganniūt, cum diluūt has tam claras sententias, uerū esse hominē secundum naturā non posse bene agere, meritorie. Sic enim loquuntur. Itaque duplex bonū fingunt, meritorium & non meritorium, & in hoc tantum, ne philosophicas liberi arbitrii virtutes, externas istas uirtutum umbras, oporteat eos uicii arguere. O impietate. An non est hæc illa κούβητις uerborū fingere bonū, alias meritorium uitæ æternæ, alias non meritorium. Tu uero certo sic sentias, nihil neque boni neque meritorij fieri posse ab homine per uires nature. Quæquidem dicit scriptura. Omne desiderium cogitationū cordis humani uanum esse et prauū. Certe quod uanū est & prauū, id non modo non est meritorium uitæ æternæ, oportet enim uti me illorum uerbis, sed nec bonū. Sic Dauid, Oīs homo mendax. Esaias, Omne

PER PHILIP. MELANCH.

sunt hypocrite, & prauī, & uniuersum os locutum est stultitiā. Ecce nō modo nō meritoriuū dicit, sed plane malū. Porro ex his quę & hactenus tractauim⁹, & paulo post adnotabimus hoc genus illoꝝ nugas facile quisq; per sese confutabit. Impiī Sophistę non aestimabant ab adfectibus cordis opera, sed philosophico more de eis iudicabant, quod in caussa fuit, cur hallucinarentur.

Iam Paulus in omībus fere Epistolis, maxie uero in iis, quę ad Romanos & Galatas scriptę sunt, qd in uniuersū aliud agit, q̄ ut doceat peccata, seu uicia esse, omīa opera & omnes conatus uiriū hūanarū. Habes caput ad Romanos tertiuū, ubi ait, omnes homines sub peccato esse, idq; magnifice & splendide e prophetarū testimoniis docet. In capite octauo, postq; disputauerat nō posse legē a nobis fieri, confert carnē & spiritū. Docens carnē esse prorsus obnoxia peccato, spiritū autē esse uitā & pacem. Hic Sophistę uocant carnē, adpetitū sensitiuū obliti phraseos ac tropi scripturę. Non em̄ corpus, partē hoīs, sed totū hominē, tam animā q̄ corpus scriptura uoce carnis signat, & q̄ties cū spiritu cōfertur, significat optimas naturę hūanę ac prestantissimas uires citra spiritum s̄ctum

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Rursus spiritus significat, ipm spiritum sanctum, & eius motiones atq; opera in nobis. Sic Iohan. iij. Qd' natū est ex carne caro est, quod natum est ex spiritu spiritus est. Et Iohan. octauo. Vos secundum carnem iudicatis. Et Genesis .vi. Non permanebit spiritus meus in homie, quia caro est. Oportet ergo intelligamus carnis uocabulū de omnibus hūanæ naturæ uiribus. Alioq; nō consistēt. Pauli argumēta in tota Epistola ad Romanos. Sic em̄ solet argumentari, Caro nō potuit legē implere, ergo spiritu est opus q; impleat. Ibi sic carnē pro parte hoīs tm̄ usurpamus, quomodo consistet Pauli Enthymema? Posset em̄ eludi ad hunc modū, & si caro legem facere nō potuerit, potuisse tm̄ meliorē aliquā hominis partem, atq; ita spiritu non fuisse opus ad implendā legem. Verū dedidicim⁹ nō mō scripturæ sententiā, sed & sermonē, doctoribus philosophastris, & ut in Esdra legit, alienigenas uxores duximus & earū linguam pro nr̄a usurpauimus. Itaq; carnis uocabulo utere & pro optimis humanæ naturæ uiribus, & pro pulcherrimis illi⁹ conatibus. Carnis fructus est, tam speciosa illa Sacrat̄is aut Catonis uirt⁹, q̄ Cæsaris p̄ti

PER PHILIP. MELANCH.

cidia. Tā carnis fruct⁹ sunt speciosiss. Pauli
 uirtutes, quib⁹ p̄dītus erat, priusquā Chri
 stum agnosset, q̄ Clodiana adulteria. Iā qđ
 hic uocamus carnē, solemus alias nuncipa
 re ueterē hominē, q̄ itidē significat quid qđ
 est uiriū hūanæ naturæ. Id qđ ipsum uoca
 bulū palam arguit. Nam cōmōni sensu care
 re uideat, qui hominis partē mō, adpellatiōe
 ueteris hoīs notari uelit. Quis em̄ audito ho
 minis uocabulo corp⁹ tm̄ itellexerit? Vsur
 pat aut̄ promiscue Paulus ueteris hoīs, car
 nis & corporis peccati uoces. Iam & exteri
 or homo significat prorsus id qđ uetus hō,
 seu caro, hoc est, nō modo partes hoīs exte
 riores, sed om̄es hoīs naturales uires. Et de
 partiōibus qđem hoīs infra, ubi de gratia
 egero, plura dicā. Nūc satis sit admonuisse,
 quid caro significet. Fallunt em̄ qui in ho
 mine quē non instaurauit purgauitq; spirit⁹
 sanctus esse censent quidpiā, qđ non possit
 caro, adeoq; uiciosum dici. Proinde ut Pau
 linam sententiā de naturalibus hominis ui
 ribus excuriamus, uerba illius subiicio. Im
 possibilitatē legis (quā infirmā erat per car
 nē) deus filiū suū mittens in similitudinē car
 nis peccati, & de peccato damnauit peccatū.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

in carne, ut iustificatio legis impleret in nobis, q̄ non scđm carnē ambulam⁹, sed scđm spiritū. Hacten⁹ p̄posuit Paulus sūmā causę nempe q̄ cū impossibile sit legē fieri a nobis q̄a carnales sum⁹, miserit de⁹ filiū, ut legi satisficeret p̄ nos, dum carne mortui, spū uiuimus. Quæso hic qd uocat carnē, Nā cū palam sit sp̄m uocari spiritū s̄ctū & eius motiones ac impulsus, consequē necessario ut carnem uoces qdquid in nobis est a spū sancto alienū. Porro p̄posuæ sentētiaē rationē reddidit Apostol⁹, Qui scđm carnē sūt, q̄ carnis sunt adfectāt, q̄ uero s̄m spiritū sunt, quę s̄ spirit⁹ adfectant. Nā adfectus carnis mors est. Adfectus autē spiritus uita & pax. Ecce quare legi nō possit p̄ carnē satisfieri, Quia q̄ scđm carnē sunt, quæ carnis sūt adfectāt, q̄si diceret, uos pharisæi & hypocritæ legē uirib⁹ uestris fieri posse cēsetis. Bene in specie opari uidemini, uidemini præditi pulcherrimis uirtutib⁹. Sed ea oīa fucus sunt, Nā cū caro sitis, uestra queritis, uel metu pœnarū uel amore cōmodi, uel alio q̄piam carnali adfectu bene facitis in specie. Neq̄ fieri pōt, ut sit in uobis dei sensus aliq̄s, cū caro sitis. Adeo nec quæ dei sunt cupere & adfectare

PER PHILIP. MELANCH.

potestis: quis est em̄, quantūuis bonus uide
atur in speciē qui amet deū, ut si ille uelit li-
benter mortē & inferos perferat. Dicit non
pōt, quā multa, quā grandia, Apostolus tā
breui uersiculo cōprehēderit, Qui scđm car-
nem sūt, quę carnis sūt adfectāt. Contra, q
secundū spiritū sūt, quę spirit⁹ sūt adfectāt,
id est, in q̄s spūs sanctus effusus est, in iis est
sensus Dei, fiducia in deū, amor dei, Sicut e
cōtra in carne, nō nisi contēpt⁹ & odiū dei.
Id qđ uult Apostol⁹ cū ait, Adfectus carnis
mors est, adfectus autē spūs uita & pax. Et se-
quit, Adfect⁹ carnis inimicitia est aduersus
deū, legi em̄ dei non est subditus, necq; uero
pōt subdi. Vide q̄so Paulinū Epilogū, cum
ita finit. Vim omnē carnis nr̄æ esse inimicā
deo, nec posse legi dei subiici, Qđ si nō pōt
legi dei subiici, qđ dubitam⁹, quos fructus
ferat: iam nō mō, inqt, nō subiicit legi dei,
sed & ne posse quidē legi subiici, Consequi-
tur itaque oīa hominū quantūuis laudabilia
in speciē opera plane uiciosa ēē, & morte di-
gna peccata. Huc adferant si libet Sophistæ
friuiolas suas distinctiūculas de carne, & spi-
ritu, de bñō & meritorio, & qđqđ ē filiū nu-
gar, ut hāc nobis Pauli sententiā extorq̄ant.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Quid em̄ clarius est quā qđ ait Paul⁹ nō im-
pleri iustificationē legis, nisi in iis q̄ scđm̄
ī spiritū sūt. Ergo q̄ nō sūt perfusi spiritu san-
cto, non satisfaciunt legi. At legem non fa-
cere, quid aliud est quam peccare? Si qđem
peccatum est omnis motus & impulsus ani-
mi aduersus legem.

Proinde cū Sophistæ docent, peccatū ori-
ginale esse, excidisse fauore dei & carere ori-
ginali iustitia, debebant addere, qđ cū absit a
nobis dei spiritus & bñdictio, maledicti si-
mus. cum lux absit, esse in nobis nihil nisi te-
nebras, cæcitātē & errorē. Cū absit ueritas,
nihil in nobis esse nisi mēdaciū. Cum absit
uīta, nihil esse in nobis nisi peccatū & mor-
tem. Sic Paul⁹ exponit, qđ uocet filios iræ,
in secūdo capite ad Ephesios. Et nos om̄es
aliquādo cōuersati sumus in desideriis car-
nis nostræ, facientes uoluntatē carnis, & co-
gitationū, & eramus natura filii iræ. Infra u-
bi de legis uiribus differem⁹, plærāq; ad hūc
quoq; locū accommodari poterūt, ideo nō
libet diutius hīc im̄orari. Quæ em̄ uis pecca-
ti sit, tum demū cernitur quom̄ lex reuelat
quæ om̄es homines peccati arguit. Conclu-
sit em̄ oīa scriptura sub peccato, ut ad Gala

PER PHILIP. MELANCH:

tas scribit Apostolus, ut pmissio ex fide lesu Christi dare credentibus. Et ex his quæ hoc loco disputauim⁹ colligere potes qd sit de humanis sentiendū, Num qua sit libertas quā iactant Theologi uere liberi arbitrii, qd pro suo arbitrio, sine scriptura, qd uis decernunt. Quæ em̄ potest esse sine spiritu libertas, cū ille tyrannus noster, peccatū in carne nostra, etiā negotium faciat uiris exundantibus spiritu. Quis em̄ sanctorū fuit unquā, q non deplorauerit hāc seruitutē, im̄o captiuitatē. Et Paulus cap. vii. ad Romanos, Videre se ait legem in membris suis, repugnantē sibi, & captiuantē se, ea lex membrorū, seu tyrānis, peccati ardor & impetus est peccati, quod nobis congenitum est. Et de his quidem infra, q partim spiritu iusti, partim carne peccatores sunt.

Hinc item consequit̄ impossibilia, ut infra disputabim⁹ copiosius, præcepta esse. Id qd ex eo loco quē supra produximus ex octauo capite ad Roma. Nō posse carnem legi dei subiici satis adparet. Item, ex eo qd ibidem dicitur, Impossibile erat legi iustificare, id est, Nō satis erat lex quæ ostenderet quid faceremus, Sed oportuit etiā spiritum cōferre

HYPOTYPOS EST THEOLOG.

ri per Christū, qui nos ad legem amādā inflāmet, Et hic ruit illa philosophiæ moralis, & liberi arbitrii Theologorū sentētia, impia, & stulta, quā plenis buccis nunquā non intonat Scotistæ. Voluntatē posse se cōformare omī dictamini rectę rationis, id est, uoluntatē posse uelle, quidqđ recta ratio, rectū consiliū intellectus præscribit. Contra Paulus inqđ, legi impossibile fuisse iustificare, id est, Non fuit satis, p̄scribere legē, quid agerem? qđ caro infirma esset, & auersaret legē. Sed hic impegerūt, qđ nouā quandā uoluntatē finxerūt, quę haberet actus elicitos, qđ sumcūq; traheret adfectus. Quod si scripturæ sermonē ac phrasim obseruassent, facile uidissent mēdacia, & uanas cogitationes intellectus esse, quæ cōfinxerunt de actib⁹ elicitis. Possunt em̄ impelli exteriora mēbra, alio nōnunquā, q̄ quo trahebat adfect⁹, sed hoc cū fit, per simulationē ac mendaciū fit.

Non possum hic mihi temperare, qđ de uilē legis postea sim dicturus abunde, qđ obiter indicē Christiano lectori fatuas, ilultas, & impias Sophistarū argutias, qbus probāt posse nos per uires naturæ diligere deū. Sic em̄ argutatur, Diligi potest minus bonum,

PER PHILIP. MELANCH.

nempe creatura quæpiã, posse igit & maius bonũ diligi. Scilicet hic est sermo Christianorũ quẽ Paul⁹ uult esse sale conditũ. A deo hoc est & festiuũ & mere Aristotelicũ, et Aristotelicis dignũ Theologis cõmentum. Primum ea est amoris natura, ut nõ amem⁹, nisi quæ nobis bona, tum iucũda, tum cõmoda uident^r, adeoq; quidq; amam⁹, nostri cõmodi respectu amamus. Amas opes, amas pecuniã, non q; ipsa per sese bona res sit, sed q; usibus uitæ tuæ seruitura uideat^r. Sic deũ nõ amas quantũuis bonũ, nisi tuis ratiõibus tibiq; utilẽ esse sentias. Iam etiã si hac ratione respectu tui cõmodi amares, seruiliter amares, & prauo puerisq; adfectu naturæ, plane q; peccares. At ne sic quidẽ unquã amas, neq; em̃ ex deo ulla cõmoda sentiunt^r, nisi per spiritũ sanctum iam cor sit purificatũ, & insculpta sit puro pioq; cordi dei beneficẽtia. Quid autem cum cõscientia tibi deum ostendit iratum, interminantẽ ppetuã mortem, & illud horrendũ tempus uultus sui, sic Dauid ait, Hic cum non bonorum sed malorum tantum sensu, nempe pœnarum quæ a deo infliguntur, tangatur, quæso eo potest aduertere animum naturã humanã, ut

HYPOTYPOSES THEOLOG.

ut amet, ut benigne ferat etiã inferiorũ pœ-
 nam? Atqui ubi cōscientia perculit animũ
 iam ita auersat, & exhorret deũ, ut carnificẽ
 crudelẽ, & uindicem, & quod est atrociss.
 iniquum, Hic Sophistæ quid illi uestri actus
 elicit, qd illa egregia uestra uoluntas, quam
 finxistis efficiet? An non ille iræ dies, ille ig-
 nis declarabit nihil nisi mendaciũ & ceruicã
 esse humanas illas liberi arbitrii iusticias? &
 omnẽ gloriã carnis, esse ueluti fœni gloriã.
 Nonne ignẽ ac caliginem, imo ipsam etiam
 Mosi faciẽ reformidabat Israel, cũ lex pmul-
 garet? Nõne cõmota est, & cõtremuit terra,
 & fũdamẽta mōtiũ conturbata sũt, & cõmo-
 ta sũt qm̄ irat⁹ est eis de⁹? Sed hac de re infra
 ut spero ml̄ta satis dicem⁹, ubi de legis ui dis-
 seret. Habes lector hic primũ nõ amari, nisi
 quæ nobis commoda sunt. At deus nullius
 cõmodi respectu amari uult, sed liberaliter,
 Neq; em̄ deũ amat, sed sese qui commodũ
 amat, & contra prauũ hunc amorẽ quã mul-
 ta passim scripturæ monẽt. Subiiciẽda est et
 alia quædã argutia nõ admodũ huic absimi-
 lis, nõ absurdũ uideri debere, qd docet, citra
 spiritus sancti operam posse nos ardentius
 amare deum quã nos ipsos, quandoq; de sæ

pe etiã pro caducis rebus, pro hominibus,
 pro amoribus, pro liberis, pro cõiugib⁹ mor
 tem obimus. Hic qd responderi debeat ex
 ratione adfectuum colligendũ est. Primum
 em̃ nemo gaudet mori per naturã, & quorũ
 uita pro Repub. pro re familiari periclitat̃,
 illi ipsi plane mallent uiuere. Mallet em̃ ui
 uere Curti⁹, mallet uiuere Lucretia. Sed q̃a
 adeo refugit aduersa natura hũana, malum⁹
 nõ esse quã male esse, quã algere. Mallet ui
 uere Pyram⁹, sed quia infœlicem sibi uitẽ ar
 bitrat̃ futurã sine Thisbe, uult abrumperẽ id
 mali, & uelut una cũ anima ponere. Mallet
 uiuere Saul, sed metu dedecoris & ira & de
 speratiõẽ, uelut semel finiturus cũ uita om̃ia
 aduersa, abrumpit uitã. Sed qd ego exactã
 adeo adfectuũ rationẽ reddere cõtendo, cũ
 raræ istæ neces, qualis est Lucretiæ, Saulis,
 & similiũ, sint mirabilia diuinæ maiestatis
 exempla.

Iam quæ prodidere Sophistæ, de merito
 congrui, scilicet, q̃ ex operibus moralibus,
 id est, quæ uiribus naturæ nostræ facimus
 de congruo, sic loquunt̃, mereamur gratiã,
 Ipse lector intelligis blasphemias esse in in
 iuriã gratiæ dei mentitas, esset cum nature

HIPO TIPOSES THEOLOG.

humane vires citra spiritus sancti adflatum,
 non possint, nec peccare, quid merebimur
 nostris conatibus nisi iram? simulationes, &
 mendacia sunt illi actus eliciti, illa fictitia pro
 posita, illæ quos falso uocant bonas, intenti/
 ones, quæ præscribunt sophistæ. Quare tamen ab
 est ut gratiam per eas impetremus, ut nihil sit
 quod proinde gratiæ aduerse, atque illæ phari/
 saicæ præparationes. Porro hanc impietatem pro/
 tinacissime insectat Paulus cum alias, tum in
 tota ad Romanos epistola non aliud agens, ni
 si gratiam non esse gratiam, si pro operibus
 detur. Quis est .n. misericordiae locus, si re/
 spectus est nostrorum operum? quæ est gra/
 tiæ gloria, ut Paulinis uerbis utar, si debetur
 nostris operibus? Palam capite tertio Pau/
 lus ad Romanos docet, & omnes homines
 sub peccato esse, & gratis iustificari eos qui
 credunt. Quid quod in capite nono ait? Isra/
 el sectando legem, ad legem iusticiæ non per
 uenisse, id est, eos qui sui liberi arbitrii uiri/
 bus aggredierentur legem facere, nunquam
 facere legem, sed simulare tamen in specie, Esai/
 as propheta ca. lv. ad Christum inuitat gra/
 tis empturos quosuis. Venite, emite absque
 argento & absque ulla commutatione uinum

PER PHILIP. MELANCH.

& lac. Quare adpenditis argentum non in panibus, & laborem uestrum in saturitate? id est, quare uisitis uestris operibus? quæ frustrabuntur uos. Audite audientes me, et comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima uestra. Inclinate autē uestrā. i. **CRETITE**, & uiuet anima uestra, & feriā uobiscum pactum sempiternum **MISERICORDIAS DAVID FIDELIS**, id est, promittam misericordiam Dauidi fidelē, id est. ratam. Hierem. xvij. Maledictus homo qui cōfidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto & nō uidebit cum uenerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra saluginis & inhabitabili. Benedictus uir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius, & erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas & cum uenerit æstus non timebit &c. Vide reliqua, Nam uel unum illud eius prophete caput satis clare coarguerit, nihil esse opera moralia, nisi simulationes & mendacia carnis nostræ.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Huc pertinet quod scholastica theologia de poenitentiae initio, deq; attritionibus cōfinxit. Neq; n. de cōmissio dolet natura nisi amore sui, metusq; poenae, q; amor sui & metus poenae sunt plane peccata, & impossibile est quin adferant secū odiū eius, q; poenas infligit, nempe dei. Peculiare uero dei opus est peccati in nobis cognitio & odiū. Deducit em̄ dñs ad inferos ac reducit, dñs mortificat, & uiuificat, dñs hūiliat & subleuat, ait Hanna in Cantico. i. Regi. ii. Et Propheta Hierem. Postq̄ conuertisti me egi poenitentiam &c. Porro qd attinet hic immorari, cū planissime dictū sit a Christo Iohan. vi. Nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit eū. Quod uero obiiciunt sententiam dñi apud Zachariā ignari troporū & figurarum sacri sermonis sophistae. Cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad uos, nō efficit, poenitentiae initiū in nobis esse positū. Excussit autē hāc sententiā Aug. nō uno loco, neq; uero obscura est, nisi Sophistis qui praeter parua logicalia nil aliud didicerunt. Duplex est conuersio dei ad nos, altera praet resipiscentiae nostrae, altera sequitur. Quae praet, ea fit, cū deus nos resipiscere facit ad flatu spiritus sui,

PER PHILIP. MELANCH.

cum ostenso peccato nos terret cōturbatq̄.
At quæ sequit̄ cōuersio, fit cū modum finē
q̄ pœnarū faciēns, consolatur nos declarat
q̄ palam sese fauere nobis. De posteriore lo-
quit Zachariās cū inq̄t, Cōuertimini ad me
& ego conuertar ad uos. Id est, respicite, &
ego pœnarū finē faciā. Hortat̄ em̄ Prophe-
ta eos qui iam ab exilio Assyrio redierāt in
Iudæam, ut patrum exemplo moniti resipi-
scant, ni rursus uelint iram diuinā, pœnasq̄
prioribus similes experiri. Hinc colligi non
pōt, in nostra manu esse initium pœnitētię.
Ipe nos inuitat trahitq̄ ad sese, & ubi traxe-
rit, condonās pœnas declarat sese nobis pla-
catū esse reconciliatūq̄. Et qd̄ præcipit con-
uertimini ad me, nō consequit̄ in nostris ui-
ribus esse, resipiscere, seu conuerti. Sicut, q̄a
sese diligere præcipit sup̄ oīa, nō consequit̄ id
in nostris uiribus esse, quia præcipit. Imo ob
hoc ip̄m q̄ præcipit, non est in nostris uiri-
bus. Præcipit em̄ in hoc impossibilia, ut mi-
sericordiā suam nobis cōmendat, sicut infra
de lege dicemus. Et cur nō Sophistæ in Za-
chariæ prophetiā hāc etiā sententiā obserua-
runt quæ in cap. x. continet̄. Et conuertam
eos quia miserebor eorū, & erunt sicut fue-
D

HYPOTYPOSES THEOLOG.

runt, quā non proieceram eos. Ecce ipse ait se cōuersurū Iudā, neq; uero ppter illorū benefacta, sed ppter suā ipsius misericordiam. Similes locos commendo tuæ, Christiane lector, industriæ. Futurum enim est ut tibi familiarior tibi scripturæ usus fuerit, nullo negotio q̄scūq; sophistarū argutias diluas.

Habes lector de ui ingenitæ pestis quātū mihi uidebat dici debere. Neq; plura requirerent hi qui potius diuinarū literarū lectione menditationeq; formari uolent, q̄ humanis cōmentariis. Nam, satisfieri nulla cōmentatione potest, iis quorū anī incertis disputationibus, uariis hominū sententiis atq; opinionib⁹ cōfusi nihil nisi carnalia sapiūt. Vnus est idemq; ut simplicissim⁹, ita certissim⁹ doctor, diuinus spiritus, q̄ sese & proxime & simplicissime in sacris literis expressit, in q̄s ubi animus tuus ueluti transformatus fuerit, tum demū absolute, simpliciter, exacte, ut aliarū rerū theologicarū, ita huius loci rationē cōprehendes. Qui pendent nō a spiritus sed hominū iudicio estimatiōeq; nō res ipsas, sed uix tenues quasdam rerū umbras cernūt, non aliter atq; illi in Platonico specu

PER PHILIP. MELANCH.

Quis em̄ tum philosophorum, tum scholarum theologistarum propriam uirtutis aut uicii formā uidit? Metiebant theologastri peccatū originale, nō nisi externis operibus, interim animi maliciā, & uelut intercutem morbū nō uidebāt. Et ut maxie deprehenderint quorundā adfectuum improbitatem, tñ nec omnes, nec eos animaduertit ratio, quibus cū in primis spiritui diuino bellum est, nempe blasphemiam, odium dei, amorem sui, diffidere deo & hoc genus innumerabiles, qui homini sic insiti sunt, ut non in una aliqua parte tantum, nempe in adpetitu sensitiuo hæreant, ut isti docent, sed uniuersam naturā occuparint, captiuamque habeant. Adfectus isti infirmitatē uocant, sed talem quæ hūanis uiribus uinci possit. Scriptura contra negat nisi spiritu dei posse uinci carnis adfectus. Quia quos filius liberauerit, ii demum uere liberi sunt Iohann. viij. Proinde nihil te moueant istorum figmenta de externis operibus, de actibus elicitis uoluntatis & similia. De corde iudicat deus, non de externo opere. Non em̄ quomō uidet hō, uidet deus ut in historia regū legit̄. Et uel hinc licebit aestimare, quantū damni

HYPOTYPOSES THEOLOG.
dederit rebus Christianis philosophia, cum
Theologastri nostri philosophiam secuti fin
xerint bona opera, illā externorū operū p̄so
nam, quæ quā nihil mereant̄ uel sola illa in
Euangelio de fatuis uirginib⁹ parabola do
cet. Nihil em̄ uirgines præter pharisaicā iu
sticiā, hoc est, externorū operū umbras desi
gnant. At quid aliud docent philosophi nisi
opera externa? cū de uirtutibus disputant,
an non oīa referūt ad externa opera & illos
fictitios actus elicitos? Sed cæci sunt & du
ces cæcorū, proinde optandū est, ut animos
nostros deus a rationis hūanæ iudicio phi
losophiaq; ad spirituale iudiciū transferat.
Nam quæ est cæcitas humanæ rōis, fieri ne
quit, ut citra lucem spiritus, absolutā peccati
iusticiæ uel formā cognoscam⁹. omnis hūa
næ rōis captus tenebræ sunt. Lux est Chri
spiritus, is solus docet omnē ueritatē, Non
potest in relucētē Mosi faciem defigere o
culos caro seu humana ratio, quare uelū legi
obducit, & de externis tantū operibus seu fi
cticiis p̄positis, uel intentionibus, quas uo
cant, uel de litera, ut Pauli uerbo utar, iudi
cat. Spiritus uero profunda scrutatur & pe
netrat, Et ut eorū quæ de peccato originali

PER PHILIP. MELANCH.

scripsimus summā paucis uerbis indicē su/
biiciā theses aliq̄t, uelut ἔλεγχος superiorū.

1 Peccatū est adfectus contra legem dei.

2 Quia filii iræ nascimur, fit ut sine spiritu
dei nascamur.

3 Quandoquidē in homine nō est spiritus
dei, nihil nisi carnalia sapit, amat & quærit.

4 Hinc est in hōe contēptus & ignorantia
dei, & q̄d q̄d uiciorū psalmus .xiiij. describit
Dixit insipiens in corde suo non est deus.

5 Ita fit ut homo p̄ uires naturales nihil pos
sit, nisi peccare.

6 Nō em̄ tantū pars hominis quā uocāt ad
petitū sensitiuū ē obnoxia adfectib⁹ peccati.

7 Q̄nquidē cor immundū esse scriptura te
statur, conseq̄t̄ oēs uires hūanas esse ipuras.

8 Significat em̄ cor non mō sensitiuū adpe
titū, quē sic isti uocant, sed sed ē oīm adfectu
ū, amorū, odiorū, blasphemie, incredulitatis.

9 Sicut cor significat oīm hūanorū adfectu
um sedē, ita & caro omnes naturales homi
nis uires.

10 Carnale, quidquid per naturæ uires fit,
Socratis constantia, Zenonis moderatio,
nihil nisi carnales adfectus sunt.

11 Semel in epistola priore ad Corinthios

HYPOTYPOSES THEOLOG:

- uocauit Paulus ψυχικόν animale rationis opus, ut philosophicas uirtutes. (ψυχικόν.
 12 Atq; ibidem palam est dānari peccati
 13 Alias nunquā non uocat carnē quidqđ
 in nobis, quātumuis in speciē bonū uideat,
 citra spūs sancti operā fit, ut adparet in cap.
 octauo ad Romanos, cū inqt nō potuisse iu
 stificationē legis impleri per carnem. Quis
 nō uidet hic signari carnis uocabulo, potissi
 mas homīs uires, quæ uident̄ hoīm iudicio
 posse legi obtēperare. Idem docet & caput
 tertiū posterioris Epistolæ ad Corinth.
 14 Id qđ monere uolui ne cui imponerēt
 scholastici, cū distinguūt adpetitū intellectū
 uū & sensitiuū, tribuūtq; sensui prauos adfe
 ctus, intellectuū adpeditum liberant uitio.
 15 Quā sententiā scholasticorū illi scriptu
 rē loci quos sup̄ citauim⁹ satis redarguunt.
 Neq; iuuari possūt Origene. ut uideri uolūt
 ubi ille de aīa carne & spū differuit. Quanq̄
 qđ ad nos qđ Origenes sentiat, cum nos de
 scripture, nō de Origeīs sentētia disputem⁹.
 16 Qđ scholastici negāt oīa hoīm opa pec
 cata esse, caussa fuit qđ oculos tm̄ defixerant
 in externa opa, adeoq; in uelatā Mosificiē,
 de adfectibus non iudicabant. Ad deus cor

da & adfectus iudicat.

17 Eadē caussa fuit cur finxerint liberū arbitriū, uidebāt em̄ alicubi in operibus externis quādā esse libertatē. Sic em̄ iudicat caro de externis operib⁹. Cōtra spirit⁹ oīa necessario euenire docet iuxta p̄destinationem.

18 In adfectibus nullam esse libertatem experientia docet.

19 Posteaq̄ oīa in scripturis ad externa opera referri cōperunt, semel uniuersa scriptura obscurata est, nec intellectū, quid peccatum, qd gratia, qd lex, quid Euangeliū, qd Moses, quid Christus. Et has tenebras plusq̄ AEgyptias debem⁹ impię isti & execrabili scholasticorū Theologastroꝝ philoso.

20 Quæ sit illa cognata cordi impuritas, p̄uitas, neq̄cia, q̄ peccatū origīale uocam⁹, deploratq̄ oēs facti, ut nō sentiat rō, palā fiet, cū lex reuelabit, hoc ē, cū aperuerit oculos cōscientię tuę de⁹, ut infra de lege dicemus.

Debeam⁹ hoc loco etiā de peccati fructib⁹ hoc ē, de uiciorū ḡnerib⁹ disputare, Perin̄ atq̄ in Eplā ad Gala. recēsuit fruct⁹ carnis Apostol⁹, sed illa p̄ se q̄sq̄ dephēdet. Ch̄riano satis est scire, omnia nature opera, omnes uiriū hūanarū adfectus & conat⁹ esse peccata

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Iam q̄s adfectus oēs q̄at recensere: si genera uiciorū ab adfectibus, id qd̄ fieri debet, æsti mem⁹. Alioqui q̄ uirtutū & uiciorū formas ab externa specie operū æstimarūt, q̄ties p̄ ŷtutib⁹ uicia, p̄ uiciis uirtutes p̄didere: Pro inde relinq̄m⁹ horū iudiciū suo cuiusq̄ spūi

DE LEGE.

Locus de legibus nō paulo clarius aperi let uim rationēq̄ peccati, siquidē peccati cognitio lex esse dicit. Quare, si quid superiori loco de esse uidebit̄, sartiet hic, ni fallor, qui sequit̄. Quanq̄ nō hoc agimus ut oīa, q̄ de singulis fortasse capitibus dici queāt coaceruemus, sed nomē clatura tm̄ cōmunissimorū locorū facimus, ut uideas unde summa Christianæ doctrinæ pendeat, & q̄rsum scriptura potissimū referēda sit. Atq̄ hos locos uolo non uti me magistro, sed monitore, e scriptura, nō e meo cōmentario, discas. Nā crede mihi multū refert, e fontibus petas, an ex lucanis tantarum rerum materiem.

Hic non modo dulciores aque e fonte, ut poeta dixit, sed & puriores hauriunt. Quanto certius em̄ est, qd̄ scripturæ p̄scribunt, quā quod e commentariis decerpitur.

Est aut̄ lex sententia, qua bona tum p̄æ

PER PHILIP. MELANCH.

cipiunt, tum mala prohibent, Ius est auctoritas agendi scđm legem. Pro legibus, & cōtra leges mlt̄a sunt a ueteribus dicta, quę ex q̄ fonte manarint paulo post indicabimus.

Legum alię naturales sunt, alię diuinę, alię humanę. De naturalibus legibus, nondum uidi neq; a theologis, neq; a iuriconsultis aliqd̄ digne scriptũ. Nam cũ naturales dicant, oportebat a ratiõis humanę methodo earũ formas colligi p̄ naturalẽ syllogismũ. Id qđ nondũ uideo a quoq; factum, & haud scio an oĩno possit fieri, nepe usq; adeo capta, occęcataq; ratione hũana. Porro esse in nobis legẽ naturę Paulus mire elegãti & arguto enthymemate, in secũdo capite ad Romanos docet, cũ sic colligit. Est in gentibus cōscientia factum defendēs uel adcusans, ẽ igitur lex. Quid. n. aliud est cōscientia, q̄ facti nostri iudiciũ, quod a lege aliq; aut cõiformula petitur? Est itaq; lex naturę sententia communis, eui oēs homines pariter adsentimur, atq; adeo quam deus insculpsit cuiusq; cuiusq; aĩo, ad formandos mores adcõmodata. Nã ut sunt in disciplinis theoreticis, ut mathematicis, quædã communia principia siue κοινὰ ἔννοιαι ἢ προλήψεις, quale illud est, totũ

HYPOTYPOSES THEOLOG.

esse maius partibus. Ita sunt quædam in moralibus tum principia communia, tum conclusiones primæ, utendum est enim docendi grãtia istorum uocabulis, regulæ omnium humanarum functionũ. Has recte uocaueris leges naturæ. M. Cicero in libris de legibus Platonem imitatus ex natura hominis formulas legum deriuat, quod ut non damno, ita urbane magis quã exacte fieri uideo. Incidunt autem in eam Ciceronis disputationem etiam plæraq; impia, id quod fere solet accidere cum methodos potius & compendia rationis nostre sectamur, quam diuinarum literarũ præscriptum. Est em̄ in uniuersum fallax humani captus iudicium propter cognatam cæcitatem, ita ut etiamsi sint in animos nostros insculptę quędam forme morum, tamen eæ deprehendi uix possint. Quod uero dico leges naturæ a deo impressas mentibus humanis, uolo earum cognitionem esse quosdam, ut isti loquuntur, habitus con creatos, nõ inuentam a nostris ingenis, sed insitam nobis a deo regulam iudicandi de moribus. Id ut conueniat cum Aristotelis philosophia non laboro. Quid enim ad me quid senserit ille rixator? Omit

PER PHILIP. MELANCH.

to autem ea quæ cum brutis communia habemus, uitã uteri, gignereq; & aliud ex sese procreare. quæ in ius nature referunt Iuris/consulti, ego naturales quosdam adfectus animantibus communiter insitos uoco.

Legũ autẽ, quæ pprie ad hominẽ pertinẽt, hæc uidentur esse capita quæ subieciimus.

- 1 Deus colendus est.
- 2 Quia nascimur in quandam uitæ societatem, nemo lædendus est.
- 3 Poscit humana societas, ut omnibus rebus communiter utamur.

Primam legem de colendo Deo accepimus ex primo cap. ad Romanos, ubi nõ dubium est, quin inter naturales leges, eam recenseat Apostolus, cum inquit, deum declarasse omnibus hominibus maiestatem suã conditione & administratiõẽ uniuersitatis mûdi. Sed ut possit sylogismo hũmano colligi esse deum, curiosi magis est quam pii disputare, maxime cum rationi humane non sit tutum, de tantis rebus argutari, ut huius compendii principio monui.

Secundam legem, qua cauetur, ne quis lædatur, nõ dubiũ est colligi ex necessitudine.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

cōmuni qua omnes omībus deuincti, copu-
laticq; nascimur, ut scriptura indicat cū inq̄t,
Non conuenire, ut homo solitarius degat,
sed addendū ei esse auxiliū uitæ. Iubet itaq;
lex ne quis lædatur, hoc est, ut certatim iter
nos amemus omēs, ut beneuolentiā nostrā
studio & officio oēs experiant. Itaq; hæc lex
compectitur diuinas, ne quem occidamus,
ne rapiamus aliena & similes.

Si dicas, cur igit̄ Magistratus fontes occi-
dunt? Respondeo. Quādoquidē ea est reſ
humanarū cōditio, ex quo prolapsus Adā
inussit nobis omībus notam peccati, ut sepe
a malis boni lædant̄, adnitendū esse hūano
generi ut lex de nō lædendo in plurimis cō-
seruet̄, ideoq; cohercendos, refrenandos, tol-
lendosq; esse e medio, q̄ publicam pacem in-
terturbant, qui innocentes lædunt, quo plu-
res seruari possint, sublati iis q̄ læserant. Ma-
net lex, neminē læde. At si læsus quispiā fue-
rit iam hoc agendū est, ne plures lædant̄, tol-
lendusq; is qui læsit. Pluris est uniuersā mul-
titudinē seruare quā unum, aut alterū, ideo
collitur is, qui malū uniuersæ multitudini
unus aut altero facinore mali exempli minat̄
Hiæ in Repub. magistratus sunt, hinc fontū

PER PHILIP. MELANCH.

poene, hinc bella, que omnia Iurisperiti re-
ferunt in ius gentium.

Tertia lex de rerum cōmuniōe plane ex
ratione societatis hūani generis oritur. Nā
si inter pauculos amicos ualere debet quod
uulgo dicit̄ τὰ τῶν φίλων κοινά, id est, ut sint in-
ter amicos omnia cōmunia, cur nō idem ua-
leat ita inter se omnes cohærere, ut cohærēt
fratres cū fratribus, liberi cū parentibus, pa-
rētes cū liberis. Nam hoc iubebat lex de nō
lædendo. Sed quia humana cupiditas non
patitur ut cōmuniter omnibus utamur, cor-
rigenda est hæc lex, superiore, scilicet, neq̄s
lædatur. Et ea tenus cōmunicandę sunt res,
q̄tenus permittit pax publica, & salus multi-
tudinis. Nam fere superioribus legibus cor-
riguntur inferiores, & uocanda est uulgaris
cōmuniō ad modū quendā. Proinde p̄ ter-
tia lege alia supponenda est. Scilicet res diui-
dendas esse, quādo q̄dē ita postulet commu-
nis multorū salus. Porro quia rerum hūana-
rum ea est conditio ut aliqua saltē cōmuni-
catione rerū opus sit, cū deberent esse res na-
tura cōmunes, institutū est ut usu cōmuni-
cent, nempe p̄ contractus, emptionē, uendi-
tionem, locationē, conductionē, & cæteros

HIPOTIPOSES THEOLOG.

Et hic cernis quæ sit contractuū origo. Videt hæc Plato cum in libro quinto de legibus inquit eam ciuitatē optime administrari, in quā quā proxime accedat ad uulgare illud dictū. Amicorū omnia esse cōmunia, adeoq; ubi non mō res inter se ciuiū cōmunes sint, sed etiā sua cuiusque membra, oculi, manus, pedes, os, omniū publicæ utilitati seruiāt, nec aliud quærendū esse exemplar bene cōstitutæ reipublicæ, nisi eam ciuitatē in qua possit illud τὸ φιλικὸν οὐκ οὐκ observari, sunt itaq; reperi ti contractus per quos suæ cuiusq; res cōmunicarent multis, ne nulla prorsus eēt rerū cōmunio. Et hæc de generalibus formulis legū nature, quas hoc mō potes digerere.

- 1 Deum cole.
- 2 Quia nascimur in quandam communē uitæ societatem, neminem læde, sed officiis quo suis iurato.
- 3 Si fieri neq; ut prorsus nemo lædat, hoc agat, ut paucissimi lædantur, sublati iis qui publicam quietem interturbant, & in hoc magistratus, pœnæq; fontibus cōstituant.
- 4 Res diuidunt, propter publicam pacem. Cæterum per contractus alii aliorum inopiam subleuent.

PER PHILIP. MELANCH.

Iam qui uolet e Poetis, Oratoribus, Hi-
 storicis adiungat peculiare sententias, quæ
 ad ius gentiũ referri solent, qualia sunt quæ
 de connubiis, de adulteriis, de reddēda gra-
 tia, de ingratitude, de hospitalitate, de per-
 mutatione rerum, & hoc genus aliis passim
 leguntur. Nam mihi satis uidebatur cõmu-
 nissimas formas adnotare. Neq; uero teme-
 re quasuis gentiliũ scriptorum sententias
 pro legibus habeto. Imitantur enim pleræq;
 uulgares sententiæ prauos adfectus nature
 nostræ, non leges. Qualis est hæc apud He-
 siodum.

Ἐν φιλέοντα φίλον, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναῖ.
 καὶ δόμῳ ὄσῳ δῶ καὶ μὴ δόμῳ ὄσῳ μὴ δῶ.

Nam his uersibus amicitiam prorsus utilita-
 te metitur. Tale est & uulgatum illud δῶσ' τι
 καὶ λιβέτι. Huc pertinet quod uim uis repel-
 lendam dicunt, quale illud est apud Euripi-
 dem in Ione.

τὴν δ' εὐσέχεια, ἐν τυχοῦσι μὲν, καλῶν
 τὴ μάμ, ὅταν δὲ πόλεμίουσ' ἐξάσσει κακῶσ'
 οὐδ' ἄν τις, οὐδ' εἰσ' ἐμπαδῶν κείῳ νόμῳ.

Sunt & in iure ciuili, qd̄ ita uocāt, pleræq;
 adfectus magis humanos, quam naturales
 leges præferentia.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Quid em̄ est a lege naturæ alienius feruorū captiuitate? Et inciuiliter nullis nō cōtractibus prætexitur id quod inter est. Sed de his alias. Bonus uir attemperabit ciuiles constitutiōes equo ac bono, hoc est, tum diuinis, tum naturalibus legibus, contra quas quid quid constituit, non potest non iniquū esse. Et de legibus naturæ hactenus, quas si potes exactiore subtilioreq; ratione digerito.

DE DIVINIS.

legibus.

Diuinæ leges sunt, quæ per scripturas canonicas a deo sancitæ sunt. Ordines earū tres fecerūt, sunt em̄ aliæ morales, aliæ iudiciales, aliæ ceremoniales. Morales sunt, q̄ decalogo præscriptæ sunt, in quas referat studiosus oēs leges quæ de moribus in tota scriptura proditæ sunt. Quoties em̄ eadem lex in scripturis repetita est? Est aut̄ obseruandum hic ne decalogum exponam^o de solis externis operibus, partiamurq; in cōsilia & præcepta more scholastico, quare paucis percurram legum formulas.

Tria priora præcepta, Non habebis deos alienos. Nō adsumes nomē dei tui in uanū, Memēto ut diem sabati sanctifices. Nō du

PER PHILIP. MELANCH.

bium ē quin Chrs exposuerit per hāc legē:
Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo &
in tota aīa tua, & in tota mente tua. Videt̄.
aūt hoc esse triū illarū legum discrimē, tam
etsi ad idem oēs pertineāt, nempe aduerum
cultum dei, ut primū. Nō habebis deos alie/
nos, proprie ad adfectus referatur, ne quid
amemus, ne quid formidemus præter deū,
ne nostris opibus, uirtute, prudētia, iusticia,
aut ulla plane creatura fidamus, sed sola dei
bonitate, qui adfectus adeo non sunt in po/
testate nostra, ut neq; quid fiducia, neq; quid
metus, neq; quid amor dei sit intelligat̄, nisi
a spiritualissimis. Ad hanc legē pertinet ple/
raq; in ppheticis literis, de formidādo deo,
de fidendo in deum, & similia. Mirabiliter
aūt huius legis uerba cōmendant nobis tū
fiduciam tum metū. Nam qd̄ ait, ego sum
domin⁹ deus tuus fortis Zelodes, uisitans
iniquitatē patrū in filios &c. interminando
terret declaratq; metuendā esse uim ire sue.
Rursus cum addit se facere misericordiā in
millia his qui se diligunt, an nō hic eōmen/
dans bonitatem suam, exigit ut se amemus,
sua bonitate fidamus &c. Omniño aūt ma/
iora exiunt, quā quæ uerbis humanis queā
E

HYPOTYPOSES THEOLOG.

consequi. Scholastici docuerunt diligere deum idem esse, quod uelle deum esse, quod audit, non inuisibile ei regnum, & hoc genus multa uerbis obscurioribus quam quae ipsi in suis scholis intelligere potuerunt. Neque, nisi sciri potest quid sit diligere deum, nisi spiritu docente, hoc est, nisi re ipsa spiritu inflammatum experiare. Habes primi praecipitum opus, fidere deo, diligere ac timere deum. Haec adoratio est de qua Christus ait. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Hunc talem adfectum sua sponte sequetur cultus externus probabilis.

Secundum praecipitum, Cauet ne nomen dei temere usurpetur, planeque ut illam ipsam fidem, item meritum & amorem dei testemur usu nominis diuini. & sicut primum praecipitum adfirmatiuum est, exigens fidem & amorem, ita & hoc adfirmatiuum est, exigitque ut celebremus nomen & gloriam dei inuocemus nomen dei, profugiamus ad nomen dei, uelut ad quandam munitissimum portum, in remus per nomen dei. Deut. vi. psallamus secundum Davidem nomini eius, agnoscamusque illud Solum domus, Turris munitissima nomen domini, laudemus, celebremus beneficentiam ergo nos dei, agamus gratias, planeque omnia a nobis fiant, ut ait Apostolus in laudem domini. Vides

PER PHILIP. MELANCH.

e priore mandato, secundum promanare.

Tertiū p̄ceptū iubet, ut sabbatū s̄ctificet, ut uacem⁹ a nostris operib⁹, hoc est, ut pati- amur ac tollem⁹ opus dei, mortificationē nostri. Primū exigit fidē. Secundū laudē no- minis dei. Tertiū, tolerantia operum Dei in nobis. Hoc p̄ceptū in primis uiolant, q̄ præ- dicant opera moralia, & liberi arbitrii uim. Exigit em̄ liberi arbitrii mortificationē, & populus noui testamenti, cū habeat p̄petuū sabbatū, is ē cui⁹ caro assiduo mortificat, sp̄s ritus uiuificatur. Ignorantq; tū sabbatū tum Christianismū, isti liberi arbitrii adsertores, & inimici crucis Christi, suis se operib⁹, suis conatib⁹, iustificātes. Exemplū ei⁹ sequunt̄ q̄ in sabbato ligna collegerat. Numeri. xv.

Vides itaq; tria p̄cepta, Deo fidendū esse, Laudandū esse deū, & tolerandū ei⁹ opus i- nobis, cōprehendi hac sententia, dilige deū ex toto corde &c. Nam q̄ sic diligit, is haud dubie fidit, timet, laudat, toleratq; ardentissi- mo sp̄i. Non institui exponere legē, id em̄ q̄ nō posset p̄ cōpendiū fieri. Sed hæc uolui monere, q̄ scires errare eos q̄ nō putant exi- gi a nobis mai⁹ aliqd uirib⁹ hūanis. Qui lati- orē expositionē p̄ceptorū desiderat, reqrat p̄ a Lutheri libello germanico de bonis op̄ib⁹.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Hic Sophistę bis errāt, Primū, q̄ cēsent nō
 requiri seu exigi in hac uita summū amorē
 dei, sic iudicant & de reliquis adfectib⁹. Por
 ro hanc sententiā satis clare refutat hic text⁹,
 Diligas dñm deum tuū ex toto corde tuo,
 tota anima tua, tota mente tua. Nam si totū
 cor sibi deposcit deus, non permittit aliqñ
 creaturæ partē. His utinā contingat Helias
 aliquis, q̄ doceat q̄ infoeliciter claudicent, q̄
 cordis partē creaturæ, partē deo tribuendā
 existimant. Impleri nō potest dum in carne
 uiuimus hoc præceptū, ad non ideo, nō exi
 git, sed omnes rei sumus dñ non psoluimus
 quod debemus. Atq; hoc est qđ supra dixi/
 mus oēs hoīes semp esse reuera peccatores,
 semperq; peccare. Et infra ubi de grā dispu/
 tabitur, rursus excutiendū est, quatenus iu/
 stificati, quatenus peccatores simus.

Deinde Hallucinantur Sophistę, q̄ no/
 stris uiribus censent impleri posse tum hæc
 tū reliqua præcepta, nam de externis tm̄ ope
 ribus præcipi arbitrantur, ut ne colamus ce
 remoniis officiis q̄ externis plures deos aut
 idola &c. Nos ut de adfectibus exponamus
 legem faciunt ipsa legis uerba. Diligas dñm
 deum tuū ex toto corde, iam caro sese maxi

P ERPHILIP. MELANCH.

me amat, suis bonis, sua prudentia, sua iusticia fidei. Id est em̄ qđ ad Ro. viii. ait Apostolus, Caro quærit quæ sua sunt, & nō potest legi dei subiici. Non potest igit̄ amare deū, fidere dei bonitate &c. Magna & incōprehensibilis res est amare deū, nempe hilari pectore & grato complecti per oīa uoluntatē diuinā, etiam tum cū damnat & mortificat. Quæso itaq̄ te Sophista, utrū inferos uelle & ppetuū supplicium natura possit? Quod si neges posse nega etiam posse a carne deū liberaliter amari.

Reliqua pcepta, quæ scđe tabulæ dicuntur, exponit Christus, Diliges proximum sicut teipsum, & pleraq̄ longa oratiōe in cap. v. Matthæi. Et caritatis leges ppe innumerabiles recēset Apostolus, cap. xii. ad Romanos. Has uero etiā leges Sophistæ exposuerunt de externis tm̄ operibus, nempe satisfactum esse legi si cædem non facias, si palam nō scorteris &c. Contra Christus exponit legem de adfectibus, idē affirmatiue. Lege non occides, præcipit ut simus corde erga quosuis dextro, candido, liberali, exposito ad quæuis officia. Ne malū malo retaliemus, ne litigemus de rebus nostris, Breviter ne re

HYPOTYPOSES THEOLOG.

sistamus malo, deniq; ut amemus etiam inimicos idq; liberaliter & candide. Ita legi non moechaberis, satisfactū putant, si non desig- nem^o flagitiū externo opere. Christus uero sic exponit, ut doceat exigi castitatē & puritatē cordis, ita ut neq; cupiam^o turpia, reliqua in Euangelio per sese diligens lector obseruabit.

DE CONSILIIS

Est & hic foede ac impie errarū a Sophistis, cū ex lege diuina fecerint cōsilia, hoc est docuerūt quaedā nō exigī a deo necessario, sed furari tm̄, ut si cui libeat, optemperet, liberantq; periculo eū qui nō optemperet. Recensent autē inter cōsilia ea fere, quæ sunt in capite. v. apud Matthæū. Diligere inimicos, nō resistere malo, nescire lites & cōtētionēs fori, de male merentib^o bene mereri, donare, mutuo dare cui^o egenti, despata etiā forte, Hec oīa exigī dicemus & inter precepta numeramus. Christus. n. palā damnat eos, qui nō diligūt nisi amicos, cum gentibus & publicanis æquat. Itē eum qui irascit proximo, aut qui fastidit proximū racha dicens, iudicii reum facit. Quod si cōsulebat tm̄, ne

irascemur, quid interminabat iudiciū? Si liberū est irasci offendendi, aut nō irasci, cur poenas intentabat? Exigit qui poenas intērat nō consulit. Præterea cū præceptū sit diligere proximos, an nō illa omnia, quæ isti iter consilia numerant, amor cōplectit. Et Paulus in cap. xiiij. ad Romanos, hæc oīa refert in legē. Diligas proximū sicut teipsum. Et. i Iohan. iij. Filioli non diligamus uerbo neq; lingua, sed opere & ueritate, id est, & ab animo, candideq; diligam⁹, & illū amorem nostrum testemur studiis ac officiis. Iam si iter leges numerant, quod scriptū est, Non concupisces &c. cur nō habēt pro legibus ea q̄ cōplectitur. An non concupiscentiæ opus est irasci inimico, rem uindicare, nolle pecuniā periclitari aput inopem. Fateant igitur & hæc p̄cipi, siquidē præcipi uidet ne quid cōcupiscam⁹. Deniq; cur nō totā legem, cōsiliū interpretant, siquidē partē legis refigunt? Sed inquires. Actum est de mea re familiari, si cuius largiendū est. Respondeo, hoc a carnis prudentia prætexi cupiditati tuæ. Nam spiritus iudicabit facile, quaten⁹ largiendū sit, & libēter suo carebit modo subuentū sit inopiæ fratris. An ignoras deberi proximo q̄

HYPOTYPOSES THEOLOG.

uelles tibi fieri? At omnium iniuriarum obnoxii
 erimus si vindicare non licet? Recte, Nam
 hæc uita crucis est, ut iniuriarum sis obnoxius.
 Rapiunt nostra mali, si repetere iudicio non
 licet. Hoc magistratus intererit cauere, ne da-
 num det ciuis ciui, tuum est boni consulere,
 hoc genus casus. Sed quid ego argumenta
 carnalis prudentiarum diluere conor? cum fieri ne-
 queat unquam ut probet legem diuinam nisi qui spi-
 ritualis est. Quid, cur præceperit Christus non
 intelliges, nisi libeat facere. Imposuerunt etiam
 huiusmodi carnales argutiarum sophisticis, cum pa-
 rum ciuile uideretur omnino opes ita uulgari ut
 non liceret vindicare suum cuiusque. Inhumanum
 etiam habebat, ignauis fructui esse ocium, si alie-
 nis opibus frui tuto possent. Hinc et præcep-
 tis consilia facta sunt, & recepta est pestilen-
 tissima opinio, non posse res publicas ad mi-
 nistratum iuxta Euangelium, quasi tale aliquid
 tradiderit Christus, quod ad pauculos tantum
 monachos, et non potius ad uniuersum genus
 humanum pertineat. Quid enim oportet esse com-
 munitatis Euangelio, quod Christus uniuersarum
 nature predicari iussit. Diluit autem & Augu-
 stinus in Epistola ad Marcellinum, quæ in ordine
 Augustiniarum Epistolarum quinta est, hoc genus car-

PER PHILIP. MELANCH.

nales calumnias aduersus legē qua uindicta
phibetur. Porro nō uetat scelera puniri a ma
gistratibus, Immo hi gerunt gladiū ad terrē
dos malos, ut Apostolus Ro. xiiij. dicit, sed
uetat ne nos priuatim, cupiditate uindictæ,
mutuo conficiamus. Magistratus interest ca
uere, ne damnū accipiat respublica. Tuū est
priuatā iniuriā ferre ac dissimulare. Fortas
sis autē hac de re infra copiosius disputabit.

Est autē in Euangelicis literis consiliū, id
quod sciam, unicum de coelibatu. de quo
Christus ait, Qui potest capere capiat, Mat.
xxi. cap. Et in priore Ep̄la ad Corinth. cap.
vii. Paulus. De uirginibus p̄ceptū dñi nō ha
beo, cōsiliū autē do, tanq̄ misericordiā cō
secutus a dño, ut sim fidelis. Existimo ergo
hac bonū ēē p̄pter instantē necessitatē, qm̄
bonū est hominī sic esse. Alligatus es uxori
noli querere solutionē, solutus es ab uxore,
noli quærere uxorē &c. Non est autē qd̄ hic
disputes, utrū cōsilia sint superiora p̄cep
tis, Scholasticorū sunt istæ ineptiæ, qui neq̄
qd̄ p̄ceptū, neq̄ qd̄ consiliū esset, intelli
gebant. Non. n. implet p̄ceptū de nō moe
chando, quantūuis cœlebs. Qñ non potest
fieri, ut nō irritet cōcupiscentia, quantūuis

HYPOTYPOSES THEOLOG.
castū. At præcepto cōcupiscentia prohibi-
ta est, cui fieri potest ut propius respondeat
aliquis coniugū, q̄ alicubi uirgines.

DE MONACHORVM VOTIS

Quid autē de monachorum uotis? Primū
quod ad ipsam uoti rationem adinet, neq;
præcipit neq; cōsultat scriptura, ut quidpiam
deuoueat. Nō pbat autem deus, nisi quæ
uel præcipit uel cōsultat. Quare non uideo
quid accedat pietati per uotū. Nō exigebat
Mosaica lex uouerī quidpiā, sed pmittebat.
Euangeliū cū in totū sit libertas quæ dā spiri-
tus, prorsū ignorat uotoꝝ seruitutē. Et quā
tū mihi uidef, sola fidei & Euangelicæ li-
bertatis ignoratione factū est, cur recepta sit
uouendi cōsuetudo. Nec nihil pugnat cū fi-
de, cū libertate spiritus uouendi ritus. Do-
cent etiā scholastici opus e uoto factū p̄stare
operi, qd̄ citra uotū fit. Impiī hoīes pietatē
ab operibus æstimātes & non potius a spiri-
tu et fide. Et cur propter uotū p̄ferunt opus
cum tamen nec exigatur, nec consulatur uo-
ueatur. Promittunt cœlibatus, paupertas, et
obedientia. Cœlibatum non nego cōsuli.
Sed cum ea sit imbecillitas carnis nostræ, ut

PER PHILIP. MELANCH.

Christus etiã neget oēs capere sermonē de
 cœlibatu, quid attinet uulgare in tot homi-
 nū milia rem adeo ancipitem & periculosā?
 Ex ueteribus heremitis, quautū ex historiis
 colligi potest, pauci adeo fuerē qui feliciter
 cū carne dimicarūt, cū tñ sedulo emacerarent
 corpora fame ac siti, essentq; aduersus insidi-
 as dæmonis diuinarū literarū cognitione
 munitissimi. Nos quomodo uincemus in tã
 to luxu, in altissimo ocio, adeo inermes, ade-
 o ignari sacrarū literarū, & Euangelii, q̄ nisi
 sis instructissimus infœliciter cū Satana cō-
 grediēte. Et successus docet, quā prudenter
 uoueam⁹. Porro paupertas ab oībus Christia-
 nis exigīt iure diuino, adeo non tñ ad mo-
 nachos p̄tinet. Est autē paupertas Euāgeli-
 ca, nō mēdicitas illa uulgaris, sed sua cū om-
 nib⁹ habere cōmunia, largiri, donare oībus
 egētibus, & rem facere, in hoc ut alienā ino-
 piā subleues, Nō est Euāgelica paupertas ni-
 hil possidere, sed ita possidere, ut alienæ rei
 p̄curatorē te agere sentias, nō tuæ. Id q̄d do-
 cet Paul⁹ ad Ephe. iiii. Magis aut̄ laboret op-
 ando manib⁹ suis, q̄d bonū est, ut habeat un-
 de tribuat necessitatē patiētī. Huc etiã refer-
 ri potest, q̄d est in Euāgelio, Vade & uende

HYPOTYPOSES THEOLOG.

oīa quæ habes & da pauperibus. Nā sic illū uolebat Chrs pauperē esse, ut daret. Nunc nos paupertatē nihil uocamus, nisi ab aliis accipere. Vides quantū absit ab Euangelio mendicandi institutū? ut exigitur paupertas ita & labor parandæ rei, non nostra sed fratrum caussa. Tantū abest ut mendicitas probetur, Postremo obedientiā promittūt, sed hanc singuli parentibus, præceptoribus, magistratibus, iure diuino debem⁹. Quare nulla est perfectio peculiaris in instituto monastico. Sed nunc de monachis nō libet disputare. uiderint isti q̄ Chrsane senserint, q̄ monachorū condicionē usq̄ adeo nulli nō generi hominū prætulerūt, æstimātes nō a spiritu Chrsianismū, sed ab externorū operū specie. Quondā monasteria nihil nisi scholæ erant, debebāt cœlibes sua sponte scholastici & q̄diu libebat, utebant̄ cum condiscipulis cōmuniter oībus rebus, obsequebant̄ parebant liberaliter præceptoribus, una psallebatur, orabatur, disserebatur, habebatq̄ totū uitæ genus, nō pro peculiari q̄dā Chrsianismo, pro statu perfectionis, ut nūc loquuntur, sed potius p̄ imperfectorū tyrociniō ac rudimento. Atq̄ utinā eadē hodie monaste

PER PHILIP. MELANCH.

riorum cōditio esset. Nam ita & scholas haberem⁹ sanctiores & minus superstitionis & impietatis. Inqua. n. Christianarū reꝝ parte potentius regnat Antichristus q̄ in seruitute monastica.

De iudicialibus & ceremonialibus.

Super sunt iudiciales & ceremoniales lege, de quibus nō attinet in compēdio plura dicere. Iudiciales de iudiciis, pœnis, adeo q̄ forensib⁹ caussis in literis diuinis populo Iudaico proditæ sunt. Hoc gen⁹ leges ignorant euangelicę literæ, q̄ uindiciæ Chꝛiano populo prohibetæ sint, & mandata paupertas rerumq̄ cōmunio, & interdictum sit forū, ut docet Paulus in priore ad Corint. vi. capite. Iam quidem omīno delictum est, q̄ lites habetis inter uos inuicem.

Ceremoniales de ritib⁹ sacrificiorū, de dierum discrimine, de uestibus, de uictimis, de q̄ hoc genus aliis proditæ sunt. In quib⁹ nō dubiū est qn sint adumbrata mysteria Euāgelii, ut docet Epistola ad Hebræos, Item loci aliquot ad Corinthios, & testant̄ idē prophetarum literæ alicubi, qui fere typos legis ἀποστολικῶς ad euangelica mysteria accommodarunt. Qualia sunt in psalmis plæracy. Pro

HIPOTIPOSES THEOLOG.

inde in hoc genere regrendæ sunt aligoriæ,
sed prudēter. Nā hic plusq̄ pueriliter inepti-
unt etiā magni sæpe auctores. Nec allegori-
cam interpretationē admittunt nisi ritus &
facta, in hoc prodita, ut essent signa aliarū re-
rū, ut sacrificia pontificatus Leuitici in hoc
prodita sunt, ut essent signa sacerdotii Chri-
sti. Iam infœliciter tractabit allegorias, nisi
qui uniuersæ scripturæ peritissimus est. Fa-
cile aut̄ iudicabit spiritus immo sensus com-
munis, quaten⁹ & in quā partē liceat allego-
riis uti. Nec illæ parū conducūt ad intelligē-
dam uim tum legis tū Euangelii, mō appo-
site tractent̄. Id quod ostendit Epistola He-
bræis inscripta, quæ Aharonē cū Chro cō-
parans, mirum est, quam clare ob oſos po-
nat Christum, quā proprie doceat, qd bene-
ficioꝝ per Christum orbis terrarū acceper-
it, quid conferat Chri pontificatus hūano
generi, ut nō aliunde iustificemur, nisi per
Christi sacerdotium.

Superest ut de legis uī, deinde & abroga-
tione dicat̄, q̄ loci in primis hic requirendi
sunt, sed qñ ea disputatio non potest intelli-
gi, nisi conferat̄ lex ad Euāgeliū, infra ubi de
Euangelio dixero, simul de uī legis, & abro

PER PHILIP. MELANCH.
gatione differimus. Nūc adiiciemus ad hūc
locum, quid de humanis legibus sentiri de/
beat.

DE HUMANIS legibus.

Leges humanæ, sunt quæ cūq; tandem ab
hominibus constituunt. Et ut nunc habent
hominū res, Legū humanarum aliæ sunt ci/
uiles, aliæ pōtificie. Ciuiles, quas in re pbuli
ca sanciunt magistratus, principes, reges, ci/
uitates. Huiusmodi legū auctoritas que cen/
seri debeat, docet Paulus ad Rom. xij, cum
inquit, Omnis anima potestatibus sublimi/
oribus subdita sit. non est enim potestas nisi
a Deo. Quæ uero sunt potestates, a deo or/
dinatæ sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei
ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ip/
si sibi damnationem acquirūt. Nam princi/
pes nō sunt timori boni operis, sed mali. Nā
magistratuū & legum ciuiliū non est aliud
officiū, nisi punire & arcere iniurias. In hoc
sanciunt leges de rerum diuisione, de con/
trahendi formis, de pœnis malefactorū. Dei
em̄ minister est magistratus, ultor ad iram
ei qui deliquerit. Porro non licet magistra/
tui statuere aduersus ius diuinum, nec oba

HYPOTYPOSES THEOLOG.

temperari aduersus ius diuinū debet, iuxta illud in actis Apostolicis. Oportet deo magis obedire quā hominib⁹. Et ex hāc sententia facile æstimabit prudens lector, quaten⁹ hūanis legibus obnoxii simus. Dicem⁹ autē infra ubi de hominū conditione agetur, fortasse de magistratibus plura.

Quid autē de pontificis legibus? quaten⁹ pontifices statuūt de litibus & iudiciis plane mundi principes agunt, alioq̄ quod ad lites & iudicia pertinebat & ipsos sacerdotes subiecit ius diuinū magistratib⁹ civilibus, regibus ac principibus. Nūc conuiuētibus principib⁹, ipsi sibi iura condiderūt, & impia & egregie tyrannica, de imunitatibus ecclesiarū, de ritibus suis &c. Hic postulabat charitatis officium, ut q̄ sunt opulentissimi, publicam inopiam, cōmuni pecunia & sumptu iuuarēt, cū proscribūt & diris deuouent, quisq̄ postulet a sacerdote tributū, uectigal, aut hoc gen⁹ alia quę in commune pro publica necessitate cōferunt. Sed de his alias, satis sit monuisse sacerdotū leges de civilib⁹ rebus cōtra charitatē & per meram tyrannidē cōditas esse.

De fide non habent ius neq̄ pontifices, neque consilia, neq̄ uniuersa ecclesia, quidquā

PER PHILIP. MELANCH.

mutandi aut statuendi. Sed simpliciter ad p̄ scriptum sacrarum literarum exigendi sunt articuli fidei. Nec habēdum est pro articulo fidei, quod citra scripturam proditū est. Primum, ne quid moretur Paulus iubet ad Galatas cū ait, Si quis uobis prædicauerit aliud quā, quod accepistis, anathema sit. Item qui potest spiritus esse propheticus qui dissidet a scriptura? Quin potius spiritus mēdax est, qui p̄nunciat aduersus ueritatem. Et ad Timotheū. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Iesu Christi, superbus est. Porro contra scripturā impię multa decreta sunt, de quibus paulo post.

Deinde non esse habendū pro fidei articulo, qđ homines, seu ecclesia, seu pontifex statuit, præter scripturam, testat Paulus ad Timotheū. Tu permanere in his que didicisti, sciens a qđ didiceris. Referre censet, scire unde didicerim⁹. Iam qđ homines decernunt, qui scimus unde sit profectū si ad scripturā exigī non potest: nam hoc demum constat a spiritu sancto profectum esse quod scripturæ confirmāt. Quod præter scripturas p̄ditur, ambiguū est, utrum a spiritu dei an a spiritu mendaci proliciscat. Thessalonicensib⁹

HYPOTYPOSES THEOLOG.

præcipit paulus, ut oïa p̄bent, quod bonũ ē
 teneant. Et alias iubet probari spiritus utrũ
 ex deo sint. Quæso te quomodo p̄babitur
 spiritus, nisi ad certam aliquã regulã adeoq̄
 ad scripturã exigatur: quam solã certo con-
 stat spiritu dei conditam esse. Temere tribui-
 tur Conciliis auctoritas condendi articulos
 fidei, uel hoc nomine q̄ fieri potest, ut in to-
 to senatu concilii nemo sit qui spiritum dei
 habeat. In Samaria prophetabãt sacerdotes
 Baal, & ex eorũ oraculis oïa gerebant a regi-
 bus Israel. Quid mirũ si nunc quoq̄ p̄phe-
 tent impii & expertes spiritus dei: Adroga-
 bãt idẽ sibi sacerdotes in Iuda, q̄ aduersabãt
 Hieremiã & spiritui dei, cũ dicerẽt Venite
 & cogitemus cõtra Hieremiã cogitatiões.
 Non em̄ peribit lex a sacerdote, neq̄ cõsiliũ
 a sapiente, nec sermo a p̄pheta. Qd̄ quid ali-
 ter est, quã quod hodie dicit Ecclesia papisti-
 ca, Penes nos est auctoritas statuendi, Cõci-
 liũ regit̄ immediate a spiritu sancto, nec po-
 test errare, sacrae literaẽ sunt obscura & am-
 bigua, penes nos ẽ earũ interpretandarũ ius
 & facultas, & hoc genus multa. Iam & palã
 predictũ ẽ fore, ut errẽt principes Ecclesiã
 Ezechi, vii, Lex p̄ibit a sacerdote, & cõsiliũ

PER PHILIP. MELANCH.

a senioribus. Et Matthæi. xxiiii. Surgēt pseu-
dochristi & pseudoprophetæ & dabūt signa
magna &c. Deinde ut maxime spiritū Dei
habeat senat⁹ cōcilioꝝ, errare tamē posse in-
dicat scriptura Ezech. xiiii. Propheta cū er-
rauerit & locut⁹ fuerit v̄bū, ego dñs q̄ dece-
pi pphetā illū. Et in iii. Regū capi. ultimo E-
grediar & ero spirit⁹ mēdax in ore oīm pro-
phetarū. Et qd attinet multis rē agere, Pau-
lus ait se nō adqueuisse carni & sanguini, nos
carni & sanguini credam⁹. Quæso te cur Ni-
cenæ synodo poti⁹ q̄ Ariminēsi credis? Nū-
quia eā Romani pōtificis cōp̄bauit auctori-
tas? At hac ratiōe pōtificis auctoritatē & cō-
cilio & scripturæ præfers, q̄ non modo im-
piū, sed & stultū ē. Cur enī anthiocenā syno-
dū p̄bas, q̄ Paulū Samosatēnū negatē Chri-
diuinitatē damnauit, cū res oīs citra Roma-
ni pontificis auctoritatē gesta sit? In Alexā-
drino concilio ubi de tribus hypostasibus di-
uinis decretum est aduersus Sabellium, nul-
la fuit mentio Romani Pontificis. In conci-
lio Niceno Romani Pōtifices nusquam fuit
iste leguntur. Constantinopolitanæ Synodī
scriptores græci, Itē Ephesinæ, nullā fecerūt
Ro. pontificis mentionem, ut uerisimile sit,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

aut nō interfuisse Synodis illis, aut certe nō
 presuisse. Neq̄ uero raro erratū est & in iis
 Synodis, quibus presuere Romani pontifi-
 ces, Stephanus. vi. Formosi pontificis acta
 rescidit auctoritate cōcilii. Huius sententiā
 Iohannes. x. rursus dānauit Rauennæ co-
 miciis. Hic cum pugnēt inter esse Synodi,
 necesse est alteram errasse. Lugdunense cō-
 ciliū quia libros decretalium cōprobauit, p̄
 impio haberi debet, nempe q̄ in illis tā mul-
 ta crudelia & impia constituta sunt. Porro
 Papisticis comiciis pene nihil uidemus actū
 preter causas tyrannidis Romanæ de subu-
 gendis Imperatoribus, de tuendo patrimo-
 nio Petri, de augendis sacerdotū opibus, de
 opprimenda græca Ecclesia. Palam hæreti-
 ca est cōstitutio, ad abolendam de hereticis,
 quæ execrañ omnes qui de sacramētis aliter
 sentiūt, aut docent, quā uel docet, uel obser-
 uat ecclesia Romana. Nec. n. sunt hæretici,
 greci, q̄ in plerisq̄ uariant a Romanæ eccle-
 siæ ritibus, & traditionibus. Impia sunt quæ
 de indulgentiis decreta sunt in plerisq̄ con-
 ciliis. Dānauit Cōstantiēsis synod⁹ cū alia,
 tñ sententiā Euangelicissimā, de discrimine
 operū. Omne opus bonū esse, aut malū, nō

PER PHILIP. MELANCH.

indifferens, iuxta illud Euāgelii, Aut facite arborē bonā &c. Et quid attinet multa cōmemorare, cū extent abominabiles pontificiarū legum codices, e quibus decerpe quā tū uoles. Hæc ideo adnotauimus, ut moneamus temere receptā esse opidionem illam uulgerē, qua iactari solet, cōcilia nō posse errare. Proinde cū constet luce meridiana clarius & errasse sæpe concilia, & errare posse, quæso te, lector, cur tandē pro fidei articulo haberi debet, quod a concilio citra scripturæ suffragiū decretum est? Quandoquidē p̄spicuum est errare posse concilia, cur non exiguntur eorū decreta ad scripturā? Absit a Christiana mente, ut articulū fidei cōdere arbitretur eū, quem nō sit certū fallere aut falsi non posse. Negat Petrus priuata, hoc est, humanæ expositionis esse scripturæ interpretatiōnē. Nos hoībus permittemus articulos fidei cōdere? Quī scripturā præeuntem, & ut Petrus ait. *ἀνθρώπων φάινοντα ἐν ἀνθρώποις τὸ πῶς* sequimur? maxime cum neget propheta futuram lucē matutinam iis, q̄ non ē legis & testimoniū iudicio pendēt. Notus locus est in octauo capi. Esa. Huc ēt Pauli locus p̄tinet in priore ad Corinthios, ubi de doctrī-

HYPOTYPOSES THEOLOG:
na Christiana differit. Fundamentum aliud
poni nō posse, præter id quod positū ē, hoc
est, ad salutē nullā doctrinā, nullos articulos
necessarios esse, præter scripturā. Quæ sup/
struuntur ait diē dñi pbatuz. Quod si pbā/
da sunt in die domini, cur recipiunt, nō mo/
do, p probæ monetæ doctrina, sed p neces/
saria etiā ad salutē? Decretū est de transsub/
stantiatione panis in corpus Christi, in sacra/
mento, decretū est de Papæ primatu, idq; cō/
tra ueterum synodorū constitutiones. Quæ
eum citra certum scripture suffragiū prodita
sūt, quid ē, cur p certis dogmatis recipiatur?
Apostoli in Actis & ubiq; Paulus, doctri/
nam suam, auctoritate scripture, cōpbant.
Christus sibi fidē p scripturas facit, cū iubet
ut scrutemur scripturas q̄ de se testimoniū
phibent. cū ait patrē sibi suffragari, & duorū
testimoniū recipiendum esse, & hoc genus
multa. In Deuteronomio precipit domin⁹,
ne addatur ad uerbū suum aut detrahatur, q̄
sententiā palam docet nemini fas esse, id pro
articulo fidei docere, qd non certo sciat diuini
num uerbū esse. Prophetæ. Chrs, Apostoli
certo sciebant dei uerbū esse, id qd docebāt.
Ideo sibi, immo suæ uoci credi uolebant.

PER PHILIP. MELANCH.

Hæc mihi plane persuadent, nihil pro articulo fidei habendū esse, quod non palam scriptura docet. Ut rumbant̄ interim Parisienses, qui in sua illa inepta, & impia cōdemnatione Lutheri, principia fidei uocant concilioꝝ, & scholarū dogmata. De diuinitate filii credo Niceno Concilio, quia scripturæ credo, q̄ Chri diuinitatē tam clare nobis probat, ut ne Iudei quidē tergiuersari possint, quantūuis cæci, q̄ minus Messiaē diuinitatē tribuāt. Locus est aptus preter alios in capite. xxiii. apud Hieremiā Et hoc ē nomen q̄d uocabunt eū, Deus iustus noster. Sic iudicā dum puto p̄ scripturā & de reliqs synodis.

At de moribus cōstituet Ecclesia, item de ceremoniis? De moribus non uideo, quid sit constitutum a pontificibus, aut a synodis, nisi fortasse ad mores pertinet̄ leges papisticæ, de bellis, litibus, cœlibatu, quæ si ad regulam euangelicā exigantur, quid minus pium uel a Scythis potuit constitui.

Sed de ceremoniis dicemus, quas suum regnum putant papistæ, principio, ut uno falce cumplectar & moralia, & ceremonias non licet Episcopis quidq̄ mandare præter ea que diuinis literis prodita sunt.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Misit enī Christus Apostolos docere, quæ ipse tradiderat. Matthæi ultimo. Docentes eos seruare oīa quæ mādauī uobis. Ademit igitur potestātē nouas leges, nouos ritus cōdendi. Nō præcipit Christus Apostolis docere, nisi Euangeliū, Vnde igit̄ probabunt Episcopi ius sibi esse cōdendi leges. An ex hac sentētia, cū ait, Qui uos audit, me audit. At in decimo cap. pphetā uult nomine prophetæ recipi. Non uult igitur recipi pseudo prophetam, hoc est, eū qui humana cōmentata, traditiones hominum docet.

Nā hos scriptura uocat sōnatores. Quæ. so autē uos Solones Papistæ, ac ^{uoluntati} uel syllabam e scripturis producite, quæ uobis auctoritatē faciat, condendi leges. Adimit autē scriptura facultatē condendi leges, cū præcipit, ne quid uel addatur, uel detrahatur legi dei. Adimit & Paulus, cū uocat spiritus ministros, Episcopos noui testamenti. Nam minister spiritus est, qui per legem dei oīm corda dānat, & consolāt̄ rursus p̄ Euangeliū, efficax spiritu dei. Ad eam functionē quid quæso faciūt traditiones humanæ, quæ de externis tm̄ operibus iudicant. Damnat traditiones scriptura sepius, quā ut obscure

PER PHILIP. MELANCH.

esse possit, qd de eis sc̄tiat. Hieremias, xxiii. paleas uocat. Quid paleis ad triticum? ite mendacium, ite somnia. Esaias uomitū fordiū scoriam, Ezechiel fornicationes, carnes afininas, hippomanes, alii prophetae, aliter. Paulus blandiloquētias seu *χρηστολογία*. Et ut multa omittam, indicat Paulus unde profiscātur traditiōes humanae in proprie ad Timotheū. In nouissimis temporibus discendunt quidam a fide attendētes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū, in hypocrisis loquentiū mendaciū, & cauteriatam habentiū suam, cōscientiā, prohibentiū nubere, abstinere a cibis, quos deus creauit &c. Vident spiritū fallacem auctorē esse traditionū de cēlibatu, de discrimine ciborū &c. Atqd aliud sunt pōtificii canones, nisi traditiones de cēlibatu, de ciborū discerie, & de silib^o nugis. Matth. xv. Frustra colunt me mandatis hominū, quē locū ex Esaiā repetit Christus.

Quid igitur, quomodo obstringūt cōscientias traditiōes humanae? peccant ne, qui uiolant hominū cōstitutiones? Respōdeo, Ita ferendas esse pontificum leges, ut ferim^{us} quancūq; iniuriā, aut tyrannidem. Iuxta illud Matth. v. Qui te adegerit ad mille passi

HYPOTYPOSES THEOLOG⁹
fus, uade cū illo & alia duo. Sunt autē eaten⁹
ferendæ, quatenus non periclitatur consciē
tia p̄ eas. Actuū. v. Oportet deo magis obe
dire q̄ hominibus, ut cum fidem obscurant
traditiones, cū occasio sunt peccato, uiolan
dæ sunt, nec peccat q̄ citra scandalū iudicio
sp̄ritus uiolat. Dicem⁹ autē de scandalo po
ste a. Habes autē nō obscuras sētētias scriptu
ræ, quæ docēt, nō obstringi cōscientias tra
ditionib⁹ humanis .i. Corint. iiii. Oia uestra
sunt, siue Paul⁹, siue Apollo, id ē, Nec Pau
lus nec Zepha habet auctoritatē obligandi
cōscientias uestras, Et clare in eadē Epistola
capite. vii. Precio empti estis, nolite fieri ho
minū serui, at siūt hoīm serui, quorū cōsciē
tis libertas p̄ traditiōes ē erepta. Nā ut Chri
ana libertas ē, cōscientiæ libertas. ita Chri
anorū seruit⁹, ē cōscientiæ seruitus Aptissim⁹
loc⁹ ē in Colossensiu Epistola. Sig dē una cū
Chro cōmortui estis, qd adhuc tāq̄ uiuētes
mūdo, traditiōib⁹ uexamini, & subiicit *μικ
σιμων* illorū traditiōes repetēs. Ne tetigeritis,
ne gustaueritis, ne cōtrectaueritis, q̄ sūt oia
in interitū ipso usu secūdū p̄cepta et doctri
nas hoīm, quæ sunt rationē qdem habentia
sapiētiae, in superstitione, & humilitate, & nō

PER PHILIP. MELANCH.

ad parcendū corpori, nō in honore aliq̄, qui debet necessitati carnis. Hieremiæ xxiii. uerbatim dominus ne audiant pseudo prophetæ q̄d haud dubie ad eum casum referri debet, ubi conscientia periclitantur. Sic autē inquit, Nolite audire uerba prophetarum, qui prophetaut uobis, & decipiunt uos, uisionē cordis sui loquuntur, nō de ore domini. Habeo in hoc loco ad stipulatores etiam recentiores quosdam, & potissimum Gersonē, q̄ nobiscū sentit, nō obstringi cōscientias humanis traditionib⁹, hoc ē, non peccare eū q̄ traditionē humanā uiolat, nisi intercedat casus scandalī. Vellē Bernardū de his paulo liberius iudicasse, ubi de dispensatione scribit, Iudicabit autē certissime spiritus, iuxta illud, Vbi spiritus domini, ibi libertas. Et spiritus oīa diiudicat, & ipse a nemine diiudicatur.

Qualia sint quæ constituta sunt a conciliis, a pontificib⁹, non possim equidem recētere, ni uelim repetere, & uniuersū ius canonicum, & totā rerum ecclesiasticarū historiam. Verū pauca exempla huius modi traditionū repetemus, e quibus æstimari possit, id quod toties monet scriptura, nihil perinde pietati aduersari atq; hominū doctrinas.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

In Synodo Nicena constitutæ sunt quædã
 pœnitentiæ formæ, non pronuncio, quo spi-
 ritu decreuerit patres, at uideo bonam Euã-
 gelii partem, immo uim germanã Euãgelii
 obscuram esse ea traditione, Nam inde pri-
 mum natæ sunt satisfactiones, quæ princi-
 pio fortasse tolerabiles erãt, eum adhuc pu-
 rior esset Euangelii intellectus penes Ecclē-
 siam, sed paulo post ex satisfactionibus, quæ
 conscientiarum carnificina facta est? Obscu-
 rata gratia est, & qd̄ Euangelium fidei tribu-
 it, cœptum est satisfactionibus tribui, quo qd̄
 est & impium magis, & perniciosus? Et his
 malis certe occasionem dedit Nicena syno-
 dus. Quanto satius fuerat sequi Pauli exem-
 plum in formis pœnitentiæ, qui citra omnẽ
 satisfactionem, mœchum illum Corinthium, ubi
 resipuit, recepit, monens etiã, ut est in poste-
 riore Epistola ad Corinthios, sufficere ob-
 iurgationẽ. Porro, nostrorum temporum theo-
 logastri secuti priscam traditionem Synodi
 Nicenæ, fecerunt ex satisfactionibus partẽ
 pœnitentiæ, quo errore plane non est alius
 nocentior.

Quid negotii fecit etiã piorum conscientiarum
 confessio illa papistica, quod millia animarum

PER PHILIP. MELANCH.

illa sola pdidit: Cum Paulus Corinthios ca
uere uoluerit, ne nimia tristitia adfligeretur
mœchus ille. At pontifices Romani, quo
rum inuentū confessio est, quæso, quid ali
ut agūt, q̄ ut miserrissime & crudelissime di
uexent puidas & uere pias conscientias?

Iam in tot genera uiuendi scissus Christi
anismus, quid refert Christianæ caritatis, &
simplicitatis? Alii laici, alii mōachi, alii cleri
ci sunt, & in his innumeræ secte sunt, quæ
tolerari possēt fortasse, nisi & studiis, & am
bitione certarēt. Deinde quibusdam uiuēdi
generib⁹ addita ē in tolerabilis sarcina, Cœ
libatus, actumq; de cœlibatu est, etiā in Ni
cena synodo, Quid aut per eam traditionē
profectū sit, nihil attinet referre, qm̄ nō alio
consilio uulgarilibidines indulgentius po
tuere. In cap. vii. ad Corint, ubi de uirginita
te differit Paulus, nihil audet præcipere, ne
laqueum iniiceret, uultq; hoc deligi, p̄ quod
possint seruire deo absq; ulla distractione, &
assiduo, *ἐν τῷ γόσῳ ἵδ ποὶ τῷ κυρίῳ καὶ ἀπεριπέσωσ.*
sic .n. inquit Apostolus, at qui minus adsi
dui, seu *ἐν τῷ γόσῳ ἵδ ποὶ* sunt, q̄ uehemētius a deo
diuelluntur, q̄ quos urunt flammæ carnis?
Hec prospiciens Paulus nō precipit cœliba

HIPOTIPOSES THEOLOG.

tum, imo & ad Timotheū scribēs, doctrinā
dæmoniorū uocat traditiōem de cœlibatu.
Vicit Satā, & recepta lex ē, & uulgata in tot
hoīm millia magna cū pnicie rei Chriānæ.

Iam & Eucharistia ablegata ē ad peculiare
quoddam genus hoīm, ad sacerdotes, & q̄
cōmunis esse uolebat omniū piorū Chrs,
iam a solis sacerdotibus usurpatur, atq; ita &
missæ fructus, & uis eucharistiæ prorsus ob
scurata est, nec aliud nūc ē Eucharistia, nisi
nondinatio sacerdotū, cum repertū est a Sa
tana, oportere sacerdotes esse, qui p̄populo
sacrificēt, Missas uulgo uēdi posse, & huius
modi alia. Nō perisset Missæ usus, nisi scissæ
fuisent uiuendi cōditiones, in sacerdotes &
laicos. O horrēdā & abominabilē impieta/
tem, quæ regnat hodie in Papisticis Missis.

Et quid attinet multa commemorare: ui/
des in his exemplis nullam fuisse tam piam
traditionem in speciē, quæ non magno ma/
lo fuerit rei Christianæ. Quid enim uidetur
magis conuenire. q̄ ut sint in Ecclesia publi
corū scelerū satisfactiōes? at illæ obscura/
runt gratiam. Quid decētius, q̄ Episcopos
cœlibes degere? at per eum cœlibatum uia li
bidinibus facta est. Quid reuerētius, sic enī

PER PHILIP. MELANCH.

iudicant homines, non spiritus, quod non uulgarium usum eucharistiae in quosuis. At ita miseria fructus perit. Ita fit ut traditiones habeant quidem rationem sapientiae, sed ea ipsa species, ille ipse impiae ac consceleratae lezabelae fucus ledit.

DE EVANGELIO

Hactenus peccati formam, & legum rationem, breuius fortasse. quod pro re, tractauimus, non, n. commentarium scribimus, sed uulgarem quandam locorum formam adumbramus, quos in discendis sacris literis sequeris. Nunc de Euangelio & gratia disputabimus, e quibus locis non nihil accedet lucis etiam superioribus. Nam de legis abrogatione, de uis legis dilata disputatio est in hunc usque locum. Porro, ut peccati ratio nisi ex legum formulis, non intelligitur, ita nec gratiae uis, nisi ex Euangelii descriptione, cognosci potest. & ut hactenus egimus de hominis damnatione, seu maledictione, ita nunc agemus de hominis instauratione, seu benedictione. Duae in uniuersum scripturae partes sunt Lex & Euangelium. Lex peccatum ostendit. Euangelium gratiam. Lex morbum indicat. Euangelium remedium. Lex mortis ministra est, ut Pauli uerbis utamur Euangelium uitae salutis ac pacis.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Lex uirtus peccati est. Euangeliū uirtus salutis oī credenti. Necq; uero ita legē & Euangeliū tradidit scriptura, ut Euāgeliū id mō putes, qd' scripserūt Matthæus, Marcus, Lucas & Iohannes. Mosi libros, nihil nisi legē. Sed sparsa est Euangeliū ratio, sparsæ sunt pmissiones in oēs libros ueteris ac noui testamenti. Rursum leges etiā sparsæ sunt in oīa tum ueteris tum noui testamenti uolumina. Nec, ut uulgo putant, discriminata sunt legis, & Euāgeliū tempora. Quāq; alias lex, alias Euāgeliū, subinde aliter reuelata sunt. Omnes tempus quod ad mentes nostras adtinet est legis, atq; Euangeliū tempus, sicut omnibus temporib⁹ eodē modo homines iustificati sunt, peccatū per legem ostensum est, gratia per promissionē seu Euangeliū. Reuelationis tempora uariāt, nam alias lex, alias Euangeliū, & subinde aliter, reuelata sunt, id quod e scripturis cōstat. Vides enim præter naturalem legem, quæ impressa est mentibus humanis, ut opinor, etiā leges laboris scienciæ boni ac mali. Caino, ne irascetur fratri suo. & idem, peccaturū, qui se occideret. In hunc modum legis naturæ cogi-

PER PHILIP. MELANCH.

nitio nē instaurabat prædicatione continua
spiritus dei, quæ iam obscurabat, ex cæcatis
peccato mētibus hūanis, ita ut mihi pene li-
beat uocare legē naturæ nō aliqd' congeni-
tum iudiciū, seu insitū & insculptum natura
mentib' hominū, sed leges acceptas a patri-
bus, & quasi per manus traditas subinde po-
steritati, ut de creatiōe rerū, de colendo deo,
docuit posteros Adam, sic Cainum monuit,
ne fratrem occideret &c. Sed ad Euange-
lium redeamus.

Quid Euangelium.

Sicut lex est, qua recta mandant, qua pec-
catum ostenditur, ita Euangeliū est promissio
gratiæ, seu misericordiæ dei, adeoq; con-
donatio peccati, & testimonium beneuolen-
tiæ dei erga nos, q̄ testimonio certi animi
nostri, de beneuolētia dei, credāt sibi cōdo-
natam omnem culpam, & erecti ament, lau-
dent deum, exhilarētur & exultent in deo,
ut infra de ui euangeliū dicemus. Porro illa-
rum promissionum oīum pignus est Chri-
stus, quare in eum referendæ sunt omnes
scripturæ promissiones, q̄ obscure primū,
postea subinde clariū reuelatus est

Postea quam Adam deliquerat, & iam

HYPOTYPOSES THEOLOG.
morti æternæ destinatus erat, perisset haud
dubie ni dominus eum promissione gratiæ
consolatus fuisset. Tyrannis peccati descri-
bitur, cum inquit ad serpentem, Inimicitias
ponam inter te et mulierem, & semē tuum,
& semen illius. Et statim uictoria promittit.
Ipsium semen mulieris conculcabit caput tu-
um. Rectius enim meo iudicio refertur pro-
nomen, eo loco, ad semen, quam ad mulierē
ut in nostris codicibus legitur. Ea prima p/
missio est, primum Euangelium, quo suble-
uatus Adam concepit certā suæ salutis spē,
adeoq; & iustificatus est. Deinde facta est p/
missio Abrahæ, futurum ut in ipsius semi-
ne, benedicerentur omnes gentes, quæ cer-
te nisi de Christo intelligi non potuit, estq;
hic Abrahæ sinus, in quem qui recepti sunt
seruati sunt, id est, seruati sunt, qui promissi-
oni illi, quæ Abrahæ facta est, crediderunt.
Atq; hæc promissio est, quam ubique iactat
scriptura noui testamenti. Poterit diligens
lector omnes pmissiones de Christo in hūc
locum cōgerere. Quæ plane non aliud sūt,
nisi Euangelium, Deutero, xviii, Prophetā
suscitabo eis de medio fratrum suorum si-
mlem tui, & ponam uerba mea in ore eius,

PER PHILIP. MELANCH.

loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem uerba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam. In secundo uolumine historiae regum capi. vii. promittitur Dauidi Christus. Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabilis erit thronum regni eius usq; in sæpiternum, Et ob hanc promissionem filius Dauid Christus appellatur a prophetis. Immo Dauidem etiam Ezechiel nominat. Prophetæ in totum & legem repetunt, & Christum promittunt. Proderitq; piæ menti subnotare, & in proprio habere promissiones diuinas, quod ad confirmandas, erigendasq; conscientias mire efficaces sunt.

Et in hunc modum reuelauit deus Euangelium; statim post Adæ lapsum, & subinde clarius aperuit, donec exhibuit Christum. Id est quod scribit Paulus ad Romanos. i. In Euangelium filii sui, quod iam ante promissum per prophetas, in scripturis sanctis, de filio suo, Et literę nostrorum Euangelistarum, non aliud agunt nisi ut testentur exhibitas esse promissiones.

HYPOTYPOSES THEOLOG.
Atque id est, cur sic ordiatur Matthæus, Liber
generationis Iesu Christi, filii David, filii Ab-
raham. Vocoque Evangelium promissionem
gratię, benedictionis, benevolentię dei per
Christum. Sunt in scripturis, preter hanc, promissio-
nem eterne benedictionis, etiã promissiones
rerum temporalium, qualis est ea, quę facta est
Nohe, quales plerumque sunt in lege, de terra,
de opulentia &c. que non modo figure sunt spi-
ritualiũ promissionum, sed per sese sunt testi-
monia grę & misericordię dei, ita, ut cõso-
lenter, & erigant conscientias nostras, ut de-
um glorificent. Et de his quidem promissio-
nibus infra agetur, ubi de fide dicemus, quę
fides, & quomodo iustificet.

Vides cõsiliũ diuini spiritus in scripturis,
quam suauiter, quã blande erudiat pios, ut
nihil aliud agat quã, ut saluemur. Tota scrip-
tura alias lex est, alias euangeliũ, Libri Mo-
si alias legem tradunt, alias euangeliũ, adeoque
Euangeliũ intra ipsam etiã legem abditũ est.
Quid, n. magis euangeliũ reperias quam pro-
missio illa est, quã spiritus dei, pro ²ⁱ ⁷¹⁰ ^{λογια}
primi præcepti subiecit. Faciens misericor-
diam in millia his quę diligunt me, & custodiunt
præcepta mea, Et uide ex legislatore Mose,

PER PHILIP. MELANCH.

quomodo Euangelista, hoc est, gratiæ & misericordiæ præco subito factus sit, cū inquit in Exodo cap. xxxiiii. Dominator dñe deus, miserator & clemens, patiens & multæ miserationis, ac uerax, qui custodis misericordiam in millia, q̄ aufers iniquitatem, & scelera atq; peccata, nullusq; apud te per se innocens est. Da in om̄ibus noui testamēti literis, magis Euangelicā concionem. Et ad hunc modū alias legē, alias Euangeliū Moysi libri docēt, Nihil iā de figuris loquor, sed de iis, quæ palam litera præ se fert. Nam illa potissimū spectāda sunt, Historiæ sacre, alias legū, alias euāgiliū exempla sunt. Nam ad leges haud dubie pertinet horrēdus Saulis casus. Ad Euangeliū Dauit, q̄ cū oppressisset alienam uxorem, tñ gratiam impitrat, tuitq; plane Euangelica uox, illa pphete denūciatio. ii. Regū. xii. Dominus sustulit peccatum tuū, Nō morieris. Ad eum modū de similibus exemplis iudicandum est. Prophetæ legem docent, cum insectantur hypocrisin, cum impietatē, securitatem, & hoc genus alia. Nam obscura uicia, seu hypocrisin potissimū reprehendunt, Euangeliū quoq; denūciāt, quoties illis suis uiuacissimis p̄

HYPOTYPOSES THEOLOG:

missionibus de Christo erigunt labefactatas
 conscientias, animant, atque ita implent, ut pla-
 ne id apostolicum sonare possit. Quis sepe-
 rat nos a dilectione dei: Literae Apostolicae
 Matthaei, Marci, Luce, Iohannes, ad eundem
 alias legunt, alias promissiones tradunt, & in his
 exempla tum gratiae, tum irae dei. Zachei. Ce-
 turionis, Syrophoenissae exempla, misericor-
 diam testantur. Pharisaeorum caecitas & furor
 exemplum est irae dei. Quamquam hoc differunt hi-
 storiae Apostolicae a ueteribus, quod testantur
 exhibitum Christum, quem ueteres tantum promi-
 serant, Deinde promissiones de gratia, iusti-
 cia, uita aeterna clarius explicant, quam illae
 quodam Mosaicae, aut Propheticae litterae.
 Paulus Apostolus διδασκαλικώς Euangelium cum
 lege, peccatam cum gratia contulit, potissi-
 mum in Epistola ad Romanos, quam ego pu-
 to uniuersae scripturae uelut Indicem quen-
 dam esse καὶ κάρουα. Reliquae Epistolae cum
 pene παρακλητικῶς sint, ad legem pertinent, Quae
 si nulla sit, in qua non alicubi attingat Euan-
 gelium rationes. Id quod per sese diligens lector
 animaduertet.

Haec monuimus ob hoc potissimum, ut uul-
 gatum illum errorem conuellerem, quem de disci-

PER PHILIP. MELANCH.

mine legis, & Euangelii ueteris & noui testa
 menti p̄diderunt impii Sophisticae theolo
 giae p̄fessores. Mosis Christū successisse, no
 uamq; legem dedisse, quæ noua lex Euange
 liū uocetur, cōtineaturq; iis capitib⁹, quæ sūt
 Matthæi. v. & vi. Inter Mo si legē ac Christi
 hoc interesse, q̄ Mosis lex externa tantum o
 pera, Christi lex etiam adfectus exigat. qua
 si uero Mosaica lex doceat, quandā hypocri
 ticam & pharisaicā iusticiam. Quid enim ē
 aliud operum externorum simulatio, quam
 pharisaismus? Porro exigī a lege Mosaica ad
 fectus uel p̄phetæ testentur, q̄ toties præci
 piunt agnoscere deū, timere deū, facere iudi
 cium, & iusticiam, quæ dabūt mihi fortasse
 Sophistæ, ante Christi incarnationem, & su
 orū temporum homines docuisse. Quid autē
 illa Hieremiæ sententia apertius, quam, ue
 lint nolint Sophistæ, referre oportet ad Mo
 si legem. Ait autem capite septimo. Nō sum
 locutus cū patribus uestris, & non præcepi
 eis in die qua eduxi eos de terra Egypti, de
 ybo holocaustomatū, & uictimarū, sed hoc
 uerbum præcepi eis, dicēs, Audite uocem
 meam, & ero uobis deus, & uos eritis mihi
 populus. Dic Thoma qd̄ in mentē uenerit.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

cur doceres Mosaica lege nihil exigi præter pharisaismū. hoc ē, externa opera: cū toties ēt Moses exigat nihil obscuris uerbis adfectus, & ut multos lotos omittam, nōne netat cōcupiscere rem alterius &c. Exodi. xx. Opus iā ante interdixerat, cū furari cū mœchari prohiberet. Dabis igitur de adfectu, caueri, his uerbis, Non concupisces domū proximi tui, nec desiderabis uxorē eius, non seruū &c. Et Deutronomii. x. Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit a te, nisi ut timeas dominū deum tuū, & ambules in uis eius, & diligas eum, ac seruias domino deo tuo, in toto corde tuo & in tota aīa tua, custodi asq; mādata domini, & ceremonias eius, q̄s ego hodie precipio tibi, ut bene sit tibi. Et rursus, Circūcidite præpuciū cordis uestri, & ceruicem uestrā ne induretis &c. Hoc genus in Mosi sexcentos locos reperias, ut nihil sit obscurum & adfectus & opera a Mose exigī.

Proinde exponit legē Christus, non enī potest prædicari gratia sine lege, & phariseorū ac scribarum interpretationē reprehendit, cum a principio ait, non ingressuros in regnum cœlorum, ni nostra iustitia superet

PER PHILIP. MELANCH.

pharisæorum ac scribarū iustitiam, Sic interpretantur Pharisei, satisfactū legi, non occides, si manu cædem non faceres, Legi, non moechaberis, si alterius uxorem nō conprimeres. Christus docet cordis adfectus exigī a lege. non externam tantū operum simulationē, uetat enim lex cōcupiscere. Vindictā lex etiam phibeat, adeoq; exigebat inimicos diligī. Leuitici. xix. Non oderis fratrem tuū in corde tuo sed publice argue eum, nec portes aduersum illū peccatum. Ne uindica, nec memor esto iniuriæ filiorū populi tui. Diliges proximū tuum sicut teipsum, quod nescio cur maluerit Hieronymus uertere amicū, sic. n. in nostris codicib⁹ legitur, cū uox hebræa magis cognatum significet, & septuaginta interpretes uerterint, *πλησίον*, quos secutus est ad Ro. xiii. Paulus, ubi hęc ex lege parænesin citat. Est autē hęc summa Mosaicæ illius sententiæ, ut inter se Iudæi ament, tum amicos, tum inimicos, ut bene mereantur, etiā de male merentibus. Accedit huc caput Esaia. 58. Qd' plane uetat uindicare, & exigīt amorē etiam inimicorū. Et Prouerbiōrū. xx. Ne dicas reddam malū. p. malo, expecta dominum & liberabit te.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Iam in lege, q̄d ego sciam, uisquā reperit
 as hęc uerba. Odio habebis inimicū tuū, ut
 satis adpareat, nō legis sententiā, sed pharisa
 icam traditionē Christū retulisse, ut damna
 ret, De Chananeis acceperāt Iudei præceptū
 ut eos perderēt. Exodi. xxiiij. quorsum adlu
 sisse Christū nōnulli opinant̄, cū ait dictū ēē
 de p̄sequēdis inimicis. Qd̄ si uerū est, qd̄ ali
 ut dicem⁹ uoluisse Christū, quā ut reuelato
 Euangelio, & diruto interstitio materie, ut
 Paulus ait, & sublato inductoq̄ discrimine
 gentiū ac Iudeorū, sicut antea Iudeis Iudeos
 diligere, tū amicos, tū inimicos mandatū fu
 erat, ita nos tum gentes tū Iudæos, cum ami
 cos tum inimicos diligerem⁹. Quid aut̄ qd̄
 de solis etiā Cananæis Israeli præceptū fuit?
 Quid qd̄ aduenas etiā iubent̄ diligere? Huc
 pertinet, quod de fœnore decretū est, exte
 ris fœnerandū, nō cognatis. Nunc cū nulli
 sint exteri, Omnes cognati, in uniuersum in
 terdictum est fœnus.

Quanq̄ negari non potest, quin aliqua in
 lege nouarit Christus, quale illud est de di
 uortio, quale itē est q̄ cum Iudæis præceptū
 fuerit gladio legalia defendere, euangelium
 nō iubet Christus armis defendi, imo Petro

PER PHILIP. MELANCH.

ait. Conuerte gladium in locum suum. Qui
gladiū acceperit, gladio peribit, Tamē non
est Christi primarium ac proprium officiū
legem condere, sed gratiam donari. Moses
legum lator est, & iudex, Christus saluator,
sicut ipse de sese testatur Iohan. iiii. Nō misit
deus filiū suū in mundū, ut iudicet mundū,
sed ut saluetur mundus p̄ ipsum. Lex dam-
nat, quandoquidē per nos ei satisfieri neq̄t.
Christus gratiā peccati donat credentibus.
Sæpe quidem legem etiam Christus prædi-
cat, q̄ sine lege peccatū cognosci non possit,
qd̄ nisi sentiamus, uim gratiæ & amplitudi-
nem nō intelligemus. Proinde simul & lex
& Euāgeliū prædicari debet, ostendi debēt
& peccatū & gratia, Duo Cherubim arcæ
impositi erant, Lex & Euangelium, quare
fieri nequit, ut Euangelium sine lege, legē
sine Euangelio recte aut fœliciter doceas.
Et ut cum Euangelio Christus legem con-
iunxit, ita cum lege Euangelium, prophete
Habet huius rei exempla etiam in Aposto-
lorū concionibus in Actis. In primis autem
Epistolas Pauli omnes, in quibus fere pri-
mum de ratione Euangelii disserit, postea
paræneses præscribit.

HYPOTYPOSES THEOLOG.
DE VI LEGIS

Euangelium non esse legem. sed promissum
onē gratiæ diximus, nūc superest, ut quæ le-
gis quæ Euangeliū uis sit, ut cūq; doceam?
Nam hinc legis & Euangeliū discrimen ali-
qua ex parte cognosci poterit. Ac principio
quidem de uilegis uariat scriptura ab huma-
na ratione. Scriptura legem uocat uirtutem
irē, peccati, sceptrū exactoris, fulmen, toni-
tru. Ratio humana, emendationem uiciorū
& doctrinam uiuendi. Sic, n. uocat Cicero
de legibus. Et nihil uulgo laudibus legū ce-
lebratius est, ut carni uideri possit etiam insa-
nre Paulus, cum uirtutē peccati legem uo-
cat. Sic Iudei Iohan. ix. cum se Moſis disci-
pulos profitentur, agnoscere Christum no-
lunt. Proinde ut de uilegis exacte dispu-
mus, duo hoīm genera inter se cōferamus.

Ex primo genere sunt qui legem carnali-
ter intelligunt, nec sentiūt exigere impossi-
bilia cæci, qui nec peccatum, nec legem, nec
iusticiam uident. Sunt autē hypocrite. So-
phistæ oīm seculorū. Huiusmodi iusticiam
Paulus uocat iusticiā ex operib⁹ legis, nem-
pe eorū qui cum legē audiunt, facere aggre-
diuntur suis operibus, et ad legem adferunt

PER PHILIP. MELANCH.

manus, pedes, os, cor autē nō adferunt. mal-
 lent em̄ sine lege esse, quantūuis sibi sancti
 uideatur. Adhuc placent uoluptates, opes,
 honor. Hi quales sint nemo melius q̄ spiri-
 tus dei dixerit. Principio fide carēt, hoc est,
 cor eorū nihil intelligit dei, et ut scriptura lo-
 quitur, deum non requirit, hoc est, nō mag-
 nificat, sed cōtemnit. Deinde declināt, iux-
 ta psalmum, xiii. id est cum nec timeant de-
 um, nec credant deo, ad sua cōsilia defleūt,
 cōtempto deo, per quē sibi aut ad opes, aut
 ad dignitates uiam faciunt. Præterea etiam
 suis operibus conantur se iustificare, cuius-
 modi operarios iniquitatis scriptura sæpe p-
 stringit. Psal. v. a Dauide describunt̄ hypo-
 critę ad hūc modum, q̄ nō sit in ore eorum
 rectum, candor, q̄ interiora sint uacuitas, q̄
 guttur eorum sit patens uorago. Cum hoc
 hominum genere nihil est legi negocii. Nā
 e falso et carnali intellectu legis uiuunt, qua-
 re in eis efficere id non potest lex, quod de-
 bebat, Sed ipsi sibi ex lege, idola, imagines
 masculinas, et carnalium uirtutum umbras
 fingunt. Trahuntur enim ad simulanda bo-
 na opera carnali quodam adfectu, uel pœne
 metu, uel commodi studio, stulte secuti, cū

HIPO TIPOSES THEOLOG.

non uideant morbū animi sui. Estq; huius generis in credibilis supbia, timor, pertinacia, φιλαυτία. Tantum abest ut legi satisficiant, ut nulli longius a lege absint. Huiusmodi ē pharisæus ille Lucę. xviii. qui ait, non sū sicut cæteri hoīes, Et Esaias describit ebrios Ephraim, capi. xxviii. percussimus fœdus cū morte, & cū inferno fecimus peccatum. Et Hiere. vi. Erubescere nescierūt. Et Math. vii operii iniquitatis, Qualem se fuisse testatur Paulus priusquam cōuerteretur, Rom. vii. Ego aliquando sine lege uixi, id est, fuit aliquid tēpus cum uiderer mihi legē egregie præstare, cū uincerem hypocrisi operum etiam omnes æquales meos, nō enī arguebat me, non accusabat, nō damnabat tum lex. Et tales quidem omnes hoīes sunt, q; per uires naturæ pro captu rationis legem exprimerere conantur, cum nec legem nec uires suas intelligāt. Atq; hi sunt q; Mosi tergū tm̄, qui Mosi uelatā tm̄ faciem contemplant, ut uult Paul⁹ in posteriore ad Corinthios, ubi a ludæis negat intelligi posse iusticiā Euan-gelicā, q; corde uelato cōtueant Mosē, hoc est, qd exigat lex, q̄ nos nihil nisi peccatum & maledictum simus, per legem nō uidēt.

PER PHILIP. MELANCH.

Et haecenus quidem de iis qui per uires natura, pro facultate rationis humanae tentant legem, qui quales sint, a suo corde quisque poterit aestimare. Ad hos non pertinent proprie haec Pauli sententiae. Lex uirtus irae, uirtus peccati, ministratio mortis &c. Quaeque his est lex dāno sit, quae ex ea idolum sibi faciant, deinde nihil non operentur cum ineffabili quodam cordis tumore superbia tum molestia.

Ex altero genere sunt, ad quos haec sententiae, Lex uirtus peccati, uirtus irae &c. pertinent, quibus legem deus reuelat, ostenditque corda, & quos sensu peccati sui terret deus & confundit. Hi demum sunt in quibus per legem deus operatur. In hypocritis nihil agit lex, sed ipsi quandam legis umbram, umbra quadam hypocritiae iustitiae referunt. In his uere ac proprie lex agit quibus ostendit peccatum. Quod quia uere fit, a deo fit, & uocat hoc opus scripturae. iudicium, iram dei, furorē dei, ad spectum, uultū irae &c. Psal. xcvi. Iudicium correctio sedis eius, Ignis ante ipsum praecedet, & inflamabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbem terrae, uidit & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini a facie domini omnis terra, Psal. lxxv. De caelo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & genuit.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Et Zachar. iii. Sileat oīs caro a facie domini. Esa. xi. Percutiet terram uirga oris sui, et spiritus labiorū suorum interficiet impium. Abacuk. iii. Aspexit et dissoluit gentes, et contriti sunt montes seculi. Quāq̄ quid ar-
 tinet multa congerere, cum hæc plane alte-
 ra scripturę pars sit, Lex et legis opus occi-
 dere et damnare, ostendere radicem peccar-
 ti nostri et confundere. Mortificat non aua-
 riciam tm̄ aut libidinē, sed caput omnium
 malorum amorem nostri, iudicium ratiōis,
 et quidq̄ boni sibi uidetur habere natura.
 Hic adparebit quam puteant uirtutes mora-
 les, q̄ sint pollutus menstruopannus, iustiti-
 rię sanctorum. Quandoquidem etiam Mo-
 sen exclamare oportuit. Coram te ne inno-
 cens quidem est innocens. Et Naū Mundās
 non faciet innocentem. Et Dauid, Ne intres
 in iudicium cū seruo tuo. Et, Dñe ne in fu-
 rore tuo arguas me. Et Esaie, xxxviii. Eze-
 chias, Quasi leo contriuit omnia ossa mea. Et
 hoc est quod parcissime dixit, ut solet oīa lo-
 hannes. Per Mosen lex data est, gratia & ue-
 ritas per Ihesum Christum facta ē. Veritas
 hypocrisi, gratia furori dei opponit. Proin-
 de cum per Ihesum Christū gratia, i. miseris

PER PHILIP. MELANCH.

cordia & fauor dei partus sit, & uerax in corde nō iusticia, necesse est ut lex hypocrisis tm̄ auctor sit, cū cohercet inuitos & fremētes aduersus deū, & irē, cū dāna tuos reos.

Sic Paulus ad Roma. vii. ubi de ui legis diligentissime disseruit. Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam cōcupiscentiā nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Idem cap. iiii. per legē cognitio peccati, quasi dicat, hypocritis falso persuasum, parari lege iusticiam, cū lex tm̄ ostendat cordi peccatum. Deinde occasione accepta peccatum per mādātum in me operatū est omnē concupiscentiam. Id est, ubi cœpi legis onus sentire, adeo nihil profectum est lege, ut concupiscentia magis etiam irritata cœperit fremere aduersus iudiciū & uolūtātē dei. Nam sine lege peccatū erat mortuū, hoc est, ni lex mihi in corde peccatū ostendisset, ni mensus peccati cōterrisset, mortuū fuisset peccatū, non efferbuisset. Vixi enim aliqñ sine lege. Fuit aliquod tempus, tū iustus mihi uiderer, legē nō uidebā, adeoq; nec peccatū. Atque ibi tū peccatū conquiescebat, nec palam irascebatur deo, sed cum uenisset mandatū, peccatū reuixit, ego autē mortuus sum, hoc

HYPOTYPOSES THEOLOG.

est, cū iā lege ostendisset mihi peccatū deus,
 exuscitatum est peccatū, ego confusus sum,
 pauefactus, inhorruī, breuiter mortuus sum.
 Et tum quidē adparuit quæ uis legis esset:
 Proditā quidem lex est ut uiuerimus, sed cū
 facere non possimus, mortis organum est:
 Et quæ causa est tandem cur lex occiderit?
 Lex spiritualis est, id est, exigit spiritualia,
 ueritatem, fidem glorificantem deum, amo-
 rem dei, ego uero carnalis sum, incredulus
 ignorans dei, insipiens, amans mei &c.

Nusquā uim rationesq; legis tam copiose
 tractauit Apostolus Paulus, ut hoc loco, qm
 proposuimus, in quo nō uideo quid deside-
 rari possit. Obscuritas nulla est, nihil impedi-
 tū, plana, aperta oīa, ut dubitari nō possit de
 eius sententia. Quod si uolet studiosus le-
 ctor scripturæ, addat hūc ueluti suffragato-
 res, eos locos q; sunt in aliis sparsi Epistolas.

In priore ad Corinth. Aculeus mortis pec-
 catū, potentia uero peccatū lex, non enī con-
 funderet, nō terreret peccatū, ni lege ostēde-
 retur nobis, adeoq; non esset efficax pecca-
 tū, nisi per legem esset excitatū & ostensum.
 Ita nec mors efficax esset, nisi peccati uirib;
 & opera terreret nos, In Posteriore ad Co/

PER PHILIP. MELANCH.

rinthios capite tertio discernit lex a spiritu,
ad hunc modū. Sufficientia nostra ex deo ē,
q̄ & idoneos nos fecit, ministros noui testa-
menti, non literæ sed spiritus. Litera em̄ oc-
cidit, spiritus autem uiuificat. Et quid literā,
quid spiritū uocet sequentia clarius docent,
cum ait. Quod si ministratio mortis literis
deformata in saxis fuit in gloria, adeo ut nō
possent oculos intendere filii Israel ī faciem
Mosi, propter gloriam uultus eius, quæ abo-
letur, cur non potius administratio spiritus
erit in gloria? Ministratio mortis lex ē, quæ
ostenso reuelatoq; peccato, confundit, con-
terret, & occidit conscientiam. Ministratio
spiritus Euāgelium est, ut postea dicemus,
quod consolatur, erigit, animat, uiuificat añ
pauefactas mentes.

In tertio capite Epistolę ad Galatas, cū lō-
ga disputatione docuisset Apostolus, nō pa-
rari solius legis adminiculo iustitiā, addit id
qd̄ oblici posse nō inepte uidebat̄. Quid igitur
lex? id ē, si nō pfuit adparandā iustitiā, q̄
so q̄s eius fuit usus? Propter trāsgressiones,
inquit, lex tradita est, id ē, ut auget̄ præua-
ricatio. Auget enī cognitio peccati, peccatū,
cū qd̄ implacabilius sæuiat, cum cohercetur,

HYPOTYPOSES THEOLOG.
tum quod indigne fert natura se confudi, &
irascitur diuino iudicio,

Hanc esse uim legis etiã docet typi scrip-
turæ pleriq; Exodi. xix. cū legem esset latu-
rus deus, terrebatur mirifice populus, toni-
tru, fumo, fulgore, nubibus, clangore bucci-
næ, & qbus nō horrendis spectris: q̄ oīa per-
cussæ cōscientiæ terriculamenta designant.
An non uox populi, conscientiæ labefactæ
uox est: cur cū inquirunt Non loquatur dñs
nobis, ne forte moriamur. Et populū qdē
sic cōsternatū mire subleuat Moses, nō iam
legis minister, sed Euangelista, cū ait. Noli-
te timere, ut enim p̄baret uos uenit deus, &
ut terror illius esset in uobis & non peccare-
tis. O Euangelicā plane uocem Mosi, q̄ nisi
audiat conscientia q̄modo sustinebit illum
porrendū uultum iudicis, Sed de Euangeli-
ca consolatione postea dicemus.

Iam ea e Mosi facie lux resplenduit, ut per-
stringerent populo oculi. Id qd in caussa fur-
it, cur deinceps non nisi uelata facie sese po-
pulo ostenderet. Nō enim ferūt fulgorē di-
uine lucis, oculi aut mentes humane.

In summa, fulgor, faces in mōte, splēdor in
facie Mosi, plane indicant, ut cum Paulo lo

PER PHILIP. MELANCH

quar gloriã dei q̄ cor humanũ Deus cõfun-
 dit. Iudiciũ dei ẽ ista peccati cognitio. Cel-
 dant hinc sophistæ attritiones, & simulatæ
 contritiones, cedant cauteriatæ cõscientiæ
 hypocritarũ. Hic profunda cordis de^o scru-
 tatur. Tantum abest enim ut ratio humana
 uideat peccatũ suum, ut sanctos etiã & ple-
 nos spiritu oporteat pro ignorãtiis supplica-
 re. Exclamat David, Delicta quis intelligit?
 Et, Ignorantias meas ne memineris, & hoc
 genus multa alias. Hieremiæ, cap xvii. Pra-
 uum & inscrutabile ait cor hois. Ego domi-
 nus scrutans cor & probans renes. Et capi.
 xxxi. Castigasti me domine & eruditus sũ,
 quasi iuuenculus indomitus. Conuerte me,
 & conuertar, quia tu dominus deus meus.
 Postquam enim conuertisti me egi penitẽ-
 tiam. & postquam ostendisti mihi, percussisti
 femur meũ, Cõfusus sum & erubui, quom-
 sustinui ignominiam pueritiæ meæ. Et q̄s
 est, qui se legem adsecutum putet, cum pre-
 cipiatur ut nosmetipsos abnegemus, Math.
 xvi. In summa, proprium legis opus est pec-
 cati reuelacio, aut ut clariũ dicam peccati cõ-
 scientia, & ut Paulus uocat Chirographum
 in dogmatibus. quod aduersatur nobis.

HYPOTYPOSES THEOLOG:

Sic em̄ Paulus multo elegantius, multo certius definiit cōscientiā, quā Sophistæ sententiarii, q̄ nescio qd̄ practicos syllogismos cōcipiūt. dum uocabulū cōscientiæ describāt. Quid. n. aliud est conscientia peccati, quā legis sententia, in corde ostendēs peccatū nostrū. Nam qd̄ Paulus ait in Coloss. Epistola χειρόγραφον τοῖς ὀφειμασιν, ὅτιν ὑπεραντίοι ἡμῖν, uult cōscientiā Chirographū esse, idē in decretis. i. qd̄ p̄ decreta, p̄ legē aduersat̄ nobis.

Habes legis opus esse, reuelatiōem peccati, porro cū peccatū nomīno omīa ḡna peccati complector, externa, interna, hypocrisin, incredulitatē, amorē nostri, contemptū seu ignorantīā dei, ipsas scilicet radices omniū humanorū operū. Et in iustificandis quidē peccatoribus, primū hoc opus dei est, reuelare peccatū nostrum, confundere conscientiam nostrā, pauēfacere, terrere, breuiter dānare, ut exemplū indicat Hieremiæ, qd̄ paulo ante citauī. Et ait Paulus, Ego per legē legi mortuus sum. Et Dauid. ii. Re. xii. in reprobatione p̄phetę confusus exclamat, Peccauī domino. Et. iij. Reg. xxi. Achab dirupit uentrem &c. & ut ait scriptura ambulauit dimisso capite, in scđ'o καταλαύπο μέρων cap. xxxiiij.

PER PHILIP. MELANCH.

scribit de Manasse, q̄ sit coangustatus utendum est em̄ scripturæ uerbo. Et in secundo capite historiæ apostolicæ, his auditis cōpūcti sūt corde. Hic satis sit monuisse hoc op̄ legis initiū ēē pœnitentię q̄ spiritus dei terre ac cōfundere conscientias solet, Nam natura per sese peccati fœditatē nō potest cognoscere, tantū abest ut odisse possit. Animalis em̄ homo nō sentit ea quæ sunt dei, & ad Ro. viii. Caro adfectat ea quæ carnis sunt. Hęc de pœnitentiæ initiō tractant sophiste in quarto sententiarū, nos hic uelut in uestibulo nostri operis. Nam iustificationē hoīs, a deoq̄ uerū baptismū auspiciat mortificatio, iudicium, confusio, quæ fit a spiritu dei per legem, Et sicut hinc nempe a peccati cognitione uita Christiana auspicianda est, ita a legis officio christiana doctrina auspicianda est.

Non est operæ precium disputare, sit ne hic timor seruilis, an, ut uocant, filialis. Permittamus hoc genus disceptationes ociosis ingenijs. Quāquam hac de re pleriq̄ sic disputant ut satis adpareat eos neq̄ quid seruilis, neq̄ qd filiorū metus sit itelligere, certū est, odio peccati tangi neminē posse, nisi p̄

HYPOTYPOSES THEOLOG.

spiritū sanctū, certū item est sic conterritos fugere uultum dei, & conspectum, nisi spiritu dei retrahantur, reuocentur ac confirmentur ut clament cū Paulo, Dñe quid me uis facere? Fugere conspectum dei cōterritos legē, docet historia in Exodo, cū appellat Moisen populus. Nō loquat dominus nobis ne forte moriamur. Et Dauid psal. c xxxvii. Quo ibo a spū tuo, & quo a facie tua fugiā? Extant testimonia abunde multa huius loci in scripturis, mihi satis uisum est hæc monuisse, q̄ discriminē legis & Euangelii certius teneret. Vides autem quantum inter simulatam pœnitentiam & ueram intersit.

DE VIE VANGELII.

Quos ad eum modū terruit conscientia, ii haud dubie ad desperationē adigerent, id, q̄ in dānatis usu uenit, nisi pmissioe gratiæ ac misericordiæ dei (nam Euangeliū dici constat) subleuarent & erigerent. Hic si credat afflictā cōscientia pmissioni gratiæ in chrō, fide resuscitatur & uiuificatur, id quod mirifice declarabunt exempla.

In Genesi cap. iij. Peccatū, pœnitentia, & iustificatio Adæ describit. Posteaq̄ deliquissent Adam & Heua, & iā nuditati suæ teg

PER PHILIP. MELANCH.

men ac περιζώματα quærerēt. Sic, n. solemus
hypocritæ, conscientiis mederi p̄ satisfactio
nes nostras, cōpellabant a domino. Ea uero
uox intolerabilis erat. Hic nihil perizomata,
nullus prætextus excusabat peccatū. Iacet
conuicta, iacet rea cōsciētia, peccato ob ocu
los posito per uocem dei. Fugiunt, & causam
fuge exponit Adam, cum inquit. Vocē
tuā dñe audiui in paradiso, & timui eo q̄ tu
dus essem. Ecce cōfessionē καὶ ἑξομολόγησιν
conscientiæ. Interim Adam misere secū lu
ctatur, donec audit p̄missionem misericor
diæ, uocē de uxore dictā. Semen eius conte
ret caput serpentis. Nō nihil faciebat ad con
firmandas eorū cōscientias etiam q̄ dñs eos
uestiit, haud dubia significatione in carnatio
nis Christi, nam ea caro tandem operit nu
ditatem nostrā, & eximit confusionē pauē
ticus cōscientiis, nempe, in quam opprobria
exprobantiū incidere, Psal. lxxviii. Paulo an
te Davidis meminim⁹, ut uoce Nathan pro
phete cōfusus sit. Et periisset ille quidem ni
statim Euāgeliū audisset. Dñs sustulit pec
catum tuū, nō morieris. Sunt qui putant in
ueteris instrumēti historiis præter allegorias
nihil requirendū. Sed hic uides q̄ntū sit erue

HYPOTYPOSES THEOLOG'
ditiōis in uno hoc Dauidis exemplo, si solā
literā cōsideres. Imo ea sola est spectanda in
qua cum iræ tū misericordię suæ opa dei no
bis large exhibuit. Quę uox magis Euange
lica cogitari potuit, q̄ hæc: Dñs sustulit pec
catū tuum. An nō hæc summa est Euange
lii, seu prædicationis noui testamenti: Sub
latū esse peccatum. Adde his si uoles acer
uum historiarum Euangelicarū. Lucae. vii.
Mulier peccatrix lacrimis lauat pedes dñi q̄
consolat̄ his uerbis, remittunt̄ tibi peccata.
Et quid uulgarius filii pdigi historia Lucae
xv. cōfidentis delictū suū, quē pater quā amā
ter excipit, complectit̄, osculatur &c. Lucae.
v. Petrus stupefactus miraculo, adeoq; pcul
sus corde exclamat, Exi a me dñe q̄a homo
peccator sū. Quē cōsolat̄ & reuocat Chrs,
cū inquit, Noli timere &c. Ex his exemplis
credo posse intelligi, qd̄ inter legē & Euan
geliū intersit, quæ uis sic legis, quæ Euangeliū,
Lex terret, Euangeliū cōsolat̄. Lex itē uox
ē & mortis, Euāgeliū pacis & uitę, & i summa
uox sponsi & sponsæ, sicut ppheta dicit. Et
q̄ sic erectus uoce Euangeliū, credit deo, is iā
iustificat⁹ est, ut mox copiosius, dicā. Non ē
obscurum Chrsianis, quantū gaudiū, quantū

PER PHILIP. MELANCH.

laticię ista consolatio adferat. Atq; huc pti/
nent lætę illæ pphetarum uoces, quib⁹ de/
scribūt Ch̄m & Ecclesiam. Esaię. xxxii, Et
sedebit ppl's meus in pulchritudine pacis, &
in tabernaculis fiducia in requie opulenta.
Item gaudiū & læticia inueniet in ea & uox
laudis. Hiere, xxxiii. Reuelabo illis depreca
tionē pacis & ueritatis. Et erit mihi in nomē
& in gaudiū & laudē & exultationem cun
ctis gētib⁹ terræ. Sophon, iii. Reddā popu
lis labiū electū, ut innocent oīes nomē dñi.
Psal. xx. Lætificabis eū gaudio &c. Et. xcvi.
Lux orta est iusto & rectis corde læticia.

Et quid attinet multa congerere, cum ex
promulgatione legis, item ex Ch̄i aduentu
satis adpareat tum legis, tum Euangelii uis.
Etenim quā terribili spectaculo lex pmulga
ta sit describitur Exodi. xix. & nos populo
ante recensuim⁹. Sicut enim tñ Israelem ter
rebat dñs, ita singulorum conscientia terre
tur uoce legis, et una cum Israele clamant.
Nō loquatur nobis dominus, ne morimur.
Exigit lex impossibilia, coarguitur peccati
rea cōscientia. Hinc pavor, confessio, sic ex
ercent conscientia, ut remedii nihil usquam
adpareat, ni ipse qui humiliauit erigat,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Sunt qui suis uiribus, conatib⁹ operibus ac satisfactionibus querunt cōsolationē. Sed si non plus efficiunt, quā effecerat Adam suis perizomatis. Ita sunt qui se peccato sui arbitrii uiribus, opponunt, eos subinde miserabilius ruere, res ipsa docet. Fallax em̄ equus ad salutē, in abūdantia uirtutis suę nō saluabitur, psal. xxxij. Et, da nobis auxiliū dñe quā uana salus hominis. Psal. c vii. Contra Christi aduentus describit̄ a propheta Zacharia. ix. Exulta filia Zion, iubila filia Ierusalē. Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, ipse paup. Primū cū iubet exultare, docet aliud esse uerbū huius regis, quā lex sit, adeoq; ex primit cōscientię gaudiū, exultantis, ubi audierit uerbū gratię. Deinde nihil tumulti est sed placida oīa, ut intelligas auctorem pacis esse, nō irę. Hoc est qđ pauperē uocat Zacharias qđ Euangelista uelut exponēs fecit mansuetū. Et Esaias eodē spectat. xlij. Calamū quassatum non confringet, linum fumigans non extinguet.

Sic confert Mosi uultū, cū Christi uultu Apostolus in posteriore ad Corinth. Terrebat Moses fulgore uultus, ut supra monuimus. Quis enim iudicii diuini maiestatem fer-

PER PHILIP. MELANCH.

rat, cū id propheta etiam deprecetur. Ne in-
 tres in iudiciū cū seruo tuo, Christi gloriam
 cū in Thabor uident discipuli, quam nouo,
 quā admirando gaudio perfundūtur, ita ut
 ignarus sui Petrus clamaret, Dñe bonum est
 nos hic esse, faciam⁹ tria tabernacula. Hic, n.
 ad spectus ē gratiæ & misericordię dei. Sicut
 aheni serpētis conspectus seruabat, ita ser-
 uant qui defixos in Christū oculos fidei ha-
 bēt, Iohan. iij. Ideo aptissimo noīe εὐαγγέλιον
 dixerunt Apostoli, lætū nunciū. Nā & græ-
 ci uulgo εὐαγγέλια uocarunt nuncia, preco-
 nia publica rerū bene gestarū. Sicut est apud
 Isocratē, δι' ἑμῶν τεδείκαμεν εὐαγγέλια.

DE GRATIA.

Sicut lex peccati cognitio est, ita Euange-
 liū promissio gratiæ & iustitiæ. Proinde qa
 de uerbo gratiæ & iustitiæ, Nempe de Euan-
 gelio dictum est, hic subiiciende sunt gratiæ
 & iustificatiōis formulæ, Nam ita euangelii
 ratio plenius cognosci poterit.

Hic uero merito quis exoptulet cū scho-
 lasticis qui sacrosancto uocabulo gratiæ tā
 fœde abusi sunt, cum pro qualitate, quę sit
 in animis sanctorum usurpant, & pinguis-
 me omnium Thomistæ, qui qualitatē, gra-

HIPOTIPOSES THEOLOG.

tiam, in animæ natura posuere. fidem, spem
 caritatē, in potentiis animæ. Atq; hic quam
 aniliter, q̄ stulte digladiant de potentiis ani
 mæ. Sed fordescant prolixè impit homies,
 & contempti Euangelii pœnas dent nugā
 do. Tu mi lector precare ut Euāgelium suū
 cordibus nostris reuelet spirit⁹ dei. Est em̄
 x̄bū spirit⁹, qđ doceri nisi per spiritū nō po
 test, id qđ Esaias ait, oēs esse θ·ods̄ ḡ·άντους.

1 In literis noui testamenti fere gratiæ uo
 cabulū usurpatū est pro hebraico quod
 χ·άρις uerterunt septuaginta interpretes, ut
 Exodi, xxxiiij. Inuenisti gratiā corā me &c.
 & sepe alias. Significat aut̄ plane id qđ lati
 nis fauor, atq; utinā uerbo fauoris uti malu
 issent interpretes, q̄ uocabulo gratiæ. Desui
 set em̄ hoc loco ineptiēdi occasio Sophistis.
 Proinde sicut grāmatici dicūt Iuliū fauere,
 Curioni, cū significant in Iulio esse fauorē,
 q̄ sit cōplexus Curionē, Itaī sacris literis gra
 tia fauorē designat, estq; gratia seu fauor in
 deo, quo cōplexus est sanctos. Facebant A
 ristotelica figmenta de q̄litatibus. Nō aliud
 em̄ est gratia, si exactissime describenda sit,
 nisi dei beneuolentiā erga nos, seu uolunt
 tas dei miserta nostri, Non significat ergo

PER PHILIP. MELANCH.

gratiæ uocabulum qualitatem aliquã in nobis, sed potius ipsam dei uoluntatem, seu beneuolentiam dei erga nos.

2 Paulus ad Roma. v. distinguit a gratia donum. Si uni⁹ delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia ea, quæ est unius hominis Iesu Christi, in multos exūdauit. Gratiam uocat fauorem dei, quo ille Christum cōplexus est, & in Christo, & propter Christum omnes sanctos. Deinde, qui a fauet, nō potest deus, non effundere dona sua in eos quorum misertus est. Sic homines, quibus fauent, eorum res adiuuant, iis sua impertiunt. Donum uero dei est ipse spiritus sanctus, quem effundit deus in corda suorum. Iohan. xx. Insufflauit & dixit, Accipite spiritum sanctum. Et ad Ro. viij. Accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Porro spiritus sancti opera sunt in sanctorum cordibus, fides, pax, gaudium, caritas &c. Ad Galatas quinto. Petrum Langobardum quæ alicubi spiritum sanctum poti⁹ gratiam uocari quam Parisiensem, hoc est, sicūciam illa qualitatem, mirum est quo supercilio tractent Sophiste, qui tamen quanto rectius, quam isti, sentit?

HYPOTYPOSES TEOLOG.

3 Sed nos simplicissime nomen claraturā hanc facimus gratiæ, secuti phrasin scripturæ, ut sit gratia, fauor, misericordia, gratuita beneuolentia dei erga nos. Donum, ipse spiritus sanctus, quem in eorū corda effundit, quorum ē misertus. Fructus spiritus sancti fides, spes, caritas, & reliquæ uirtutes. Et hæc quidem de nomine gratiæ. In summa, non aliud est gratia, nisi condonatio seu remissio peccati. Donum est spiritus sanctus regenerans & sanctificans corda. Iuxta illud. Emitte spiritum tuū & creabuntur, & renouabis faciem terræ, Tam gratiam, quā donum promittit Euangilium. In promptu sunt scripturæ quare satis uidetur unū locum indicasse. Hier. xxxi. Post dies illos dicit dñs dabo legem meā in uisceribus eorū, & in corde eorū scribam eam, quæ uerba certe ad donum pertinent, Ad gratiā ea quæ sequunt. Omnes cognoscent me a minimō eorū usque ad maximum, ait dominus, quia propitiabor iniquitati eorum & peccati eorū non recordabor amplius.

DE IUSTIFICATIONE ET FIDE

1 Iustificamur igitur cum mortificati per legem, resuscitamur uerbo gratiæ, quā in Christo

PER PHILIP. MELANCH.

promissa est, seu Euangelio cōdonante peccata, & ille fide adheremus, nihil dubitantes quin Christi iustitia sit nostra iustitia, quin Christi satisfactio, sit expiatio nostri, quin Chri resurrectio nostra sit. Breviter nihil dubitantes quī peccata nobis cōdonata sint, & iā faueat ac bene uelit deus. Nihil igit operū nostrorum, quantumuis bona, aut uideant, aut sint, iustitia sunt. Sed sola FIDES de misericordia & gratia dei in Iesu Christo IUSTITIA est, Atq; hoc est, quod ait ppheta, et toties iactat Paulus. Iustus ex fide uiuit Roma, iiii. Iustitia dei per fidem Iesu Christi, id est, iam manifesta est nō operū hypocrisis, quā pro iustitia homines reputent, sed eiusmodi iustitia est reuelata, quam deus p iustitia reputat. Nempe ea quæ est per fidem Iesu Christi. Et ad Roma, iiii. CREDENTI reputatur fides ad iustitiam. Et Genesis, xv. Credidit Abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam, atq; has duas quidem sententias, ob hoc uolo tibi cōmendationes esse, ut intelligas apposite dici fidē, iustitiā. Offenduntur enim hac loquendi forma sophistæ, cum dicimus fidem esse iustitiam. Sed ut fidei naturam ac uim propius cōtemplemur,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

paulo altius eius ὑπογραφή repetenda est.
 2 Satis constat uulgus Sophistarum fidem uocare ad sensum eorum quæ scripturis p̄dita sunt deinde eā esse fidem etiā impiorū. Credere etiam iniustos, esseq; ociosam in anima qualitatem, communē impiis cū piis. Et ne non elabantur cum uident scripturā dicere, Iustum ex fide uiuere. Item ex fide iustitiam esse fingunt aliā fidem formatā, id est, cum caritate cōiunctam. Aliam informē, id est, eam quæ sit etiam in piis. carentibus caritate. A deoq; causant homines acuti. Apostolum falso tribuisse fidei, id quod caritatis erat, ut hac uelut illecebra ad fidem quā plurimos inuitaret. Iam & fidem infusam, & acquisitam, ac generalē & specialem, & nescio quæ portenta uerborum finxerunt.

Sed mittamus ista nugamenta, nam paulo post coarguemus sophistas ipsius rei cōditione, ut permittant nobis fidem non esse, id quod sic ipsi nominarunt.

3 Non obscura uox p̄phetæ est, Dixit impius in corde suo nō est deus. Et uulgarissimū est illud Pauli. i. Corin. ii. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spūs. Et Ezechiel. xxix. Meus est fluius, & ego feci me ipsū. Huiusmodi sententiæ testant, carnem nihil

PER PHILIP. MELANCH:

nisi carnalia sapere aut cognoscere. Esse deū, dei ira, dei misericordia, spiritualia sunt, nō possunt igit̃ a carne cognosci. Proinde qđ qđ de deo cognoscit natura, sine spiritu dei instaurante & illustrante corda nostra, quæ lectiq; sit, frigida opinio est, nō fides, adeoq; nihil nisi simulatio & hypocrisis, ignoratio dei & cōtemptus. Quanq̃ hāc ipsam hypocrisin nō cernāt carnales oculi. Spūs aut̃ oīa diiudicat. Et ut exemplis res agat̃, Fidelis uī deī fuisse Saul ī speciē, sed hypocrisin declarat euentus. Quia nō credebat (ex corde dico) res tantas, q̃s gerebat, diuinitus administrari, dona et opa misericordiæ dei esse, sed ex suis cōsiliis pendere æstimabat. Nam de cordis adfectu loqr̃, nec timebat irā dei, nec fidebat benignitate. Eū dei cōtemptū declarat, cū nō expectato Samuele ipse sacrificat̃ ne a palestinis anteuortat̃. i. Regum. xiii. & rursus, cū gentiū more sibi tropheū erigit. i. Reg. xv. Erat ī Saule opinio, ēe deū, ēe uindicē peccati, ēe misericordē, Alioq; cur sacrificasset: sed fides nō erat, hoc est ut egregio scripturæ uerbo utar, nō regrebat, Er acht seyn nicht, cor ignorabat tū seueritatē tum bonitatem dei.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

O horrendum et miserabile spectaculum, si hanc cordis impietatē contingat oculis spiritalibus cernere. Quæso te displice uitam tuam, & ex fructibus quo ad potes æstima hanc cordis tui immundiciem. Nonne ideo declinas, ut cum scriptura loquar, et ad tuas cupiditates deflectis animū sollicitus es ideo de uictu, fama, uita, liberis, cōiuge, quia deo parum fidis, quia amplitudinem misericordiæ diuinæ nō expendis. Nōne ideo ruis in alia subinde scelera quæ de gratia, de misericordia dei, erga te desperas: haud dubie facturus oīa gratissimo pectore, si salutis tuæ certam spem concipere posses, nōne rem facis, ad opes adspiras quacuncq; tandem ratione, quia iudicium dei nō times. At timeres certe, si ex corde crederes, si uim iræ dei posses animo cōcipere. Atq; hanc insipientiā, hanc ignorationem, hanc cæcitatem cordis noto cum nego fidem esse in natura. Maius omnino & certius aliquid fides est, quàm quod possit comprehendere caro.

Proinde illa Sophistica fides, quam uocāt tum in formen, tū acquisitam, qua sic ad sentiuntur historiæ Euangelicæ impii, ut solemus uulgo Liuianæ, aut Salustianæ, nō si

PER PHILIP. MELANC. H.

des, sed opinio est, hoc est incerta, inconstans
 & fluxa animi cogitatio, de uerbo dei. Ha-
 bes quid de scholastica fide sentiendum sit,
 habes nihil docere Sophistas nisi mendaciū,
 uanitatem, & hypocrisin. Quod si uideor
 hic de eorum dogmate aliquid durius dixisse,
 nō mihi, sed Paulo irascant, **FICTAM** fidē
 adpellanti hypocrisin. i. Timoth. i. Finis prę-
 cepti caritas est de corde puro, et conscientia
 bona, & **FIDE NON FICTA**. Simulari
 igitur fidē alicubi indicat. Et de hypocritis
 ait ad Titum. i. Omnia munda mundis, cor-
 inquinatis autē & infidelibus, nihil est mun-
 dum, sed inquinatæ sunt eorum mens et cō-
 scientia. Profitētur se nosse deum, factis autē
 negant, cū sint abominabiles, inobedientes,
 & ad omne opus bonū reprobī. Quo loco
 si fides impiorū erat uere fides, loquitur enī
 certe de piis in speciem, non debuit infide-
 les dicere sed caritatis expertes, sicut Parisi-
 enses loquuntur. Fictam fidē ad Timotheū
 tribuit hypocritis, hic infideles uocat. Qua-
 re nō est cur de fide formata & informi de-
 stinguam⁹. Plane enī nō est fides illa decre-
 dendis seu de diuina historia opinio, quā si-
 ne spiritu sancto cōceptā habent hypocrite.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Nō adsentitur uerbo dei natura, adeoq; nec mouetur. Solebam quondā historicā fidem docendī gratia uocare, illā acquisitam infor mem nunc prorsum non fidē, sed opinionē adpello. Quę diximus eo pertinent, ut scias simplicissime uti uerbo fidei scripturā, nec uocari posse fidē, illam Parisiensem q̄litate, quę etiā in impiis est, & contentibus dei. Damnatī uero nō ut dent gloriā uerbo dei, credunt. Sed experientia coacti, quę certe fides uocari nō potest. Idē de desperabundis dici potest, sicut de Cain, Saule. Quid enim inter hos & damnatos interest? Quid igitur fides? cōstanter adsentiri omni uerbo dei. id qd non fit, nisi renouante & illumināte corda nostra spiritu dei. Porro uerbum dei cū lex est. tum Euangeliū. Legimine sunt adiectæ. Timorem scriptura uocat, quo minis illis creditur, Fidem qua Euangelio, seu promissionib⁹ diuinis feditur. Non iustificat sine fide timor. Nam aliq; etiam desperabundi, damnati iustificarent. Non enim qui ad eū modū timent, glorificant deum, aut omni uerbo dei credunt. Nam p̄missionib⁹ nō credunt. Iustificat igitur sola fides.

4 Est itaq; fides, non aliud nisi fiducia miser

PER PHILIP. MELANCH.

ricordiaē diuinā, pmissā in Christo, adeoq̄
 quocunq̄ signo, Ea fiducia beneuolentiā,
 seu misericordiae dei cor primum pacificat,
 deinde & accendit uelut gratiā acturos deo
 pro misericordia, ut legem sponte & hilarit̄
 ter faciamus. Alioqui quo ad non credim⁹,
 non est in corde sensus misericordie dei. V/
 bi non est sensus misericordie dei, est aut cō/
 temptus dei, aut odium. Quare quantacun/
 que legis opera fiant sine fide, peccatur. At/
 que hoc est quod Paulus ait ad Roman. xv.
 Quidquid non est ex fide, peccatū est. Quæ
 sententiā fidei uim atq̄ naturē clarissime ex/
 ponit. Nam quidquid fit a natura fit aut odi/
 o dei, cuiusmodi opera sunt eorum, qui in/
 uiti, metu leges & poenarum bene operan/
 tur. Nam cum sine fide bona opera simula/
 mus, nonne sic cogitat cor nostrum, Ego q̄
 dem, quod potui feci, sed nescio utrum pro/
 bet mea opa deus, aut improbet. Senerus iu/
 dex est, nescio utrum sit mei misertus, an cō/
 tra. Ea cogitatione qui fieri potest, ut non
 irascamur iudicio dei. Et in hac hypocrisi
 cum magna molestia cordis maxima pars
 homines uiuunt, qui quā prauē iudicēt, uel
 hinc adparet. Debebant enim non opa sua,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

sed promissionem misericordiae dei contem-
plari. Quid est. n. iniquius quam ESTIMA-
RE VOLUNTATEM dei ex nostris o-
peribus, quam ille ipse suo uerbo nobis decla-
rarit, iam magna hominum pars cum contemp-
tu dei uiuit, ita operatura, ita uictura, etiam si
displiceat deo. Eiusmodi sunt opera quae si-
ne fide fiunt, hoc est, quae cum odio dei, aut cum
contemptu dei fiunt, Est ergo pulcherrime di-
ctum Ecclesiastici. xxxij. In omni opere tuo
crede ex fide animae tuae, haec est enim conserua-
tio mandatorum Qualia cumque sunt opera, com-
edere, bibere, laborare manu, docere addo e-
tiam, ut sint palam peccata, non est, quod opera
spectes, promissionem misericordiae dei spectata
eius fiducia nihil dubita quin iam non iudicem
in caelis, sed patrem habeas, cui tu sis curae, non
aliter atque sunt parentibus filii inter homines.
Quod si uoluntatis erga nos diuinae nulla es-
set significatio praeter hanc, quod uoluit adpella-
ri se patrem, in ea prece, quam quotidie dicimus,
sola haec satis magno argumento esset, nihil
exigi a nobis prius fide. Nunc cum hanc toties
exigat deus, cum hanc toties unam probet, cum
hanc nobis locupletissimis promissionibus,
adeoque per mortem filii sui commendarit, quod

PER PHILIP. MELANCH.
est, cur nō illi nos tantæ misericordiæ cōmit-
tamus, & credamus? Scholastica theologia
pro fide, pro anchora conscientiarū, opera,
satisfactiones hoīm docuit, Male perdat de-
scandalum illud Ecclesiæ suæ.

¶ Habes, in quam partem fidei nomē usur-
pat scriptura, nempe pro eo quod est, fidere
gratuita dei misericordia, sine ullo operum
nostrorū siue bonorum siue malorū respec-
tu. Quia de Christi plenitudine oēs accipi-
mus. Iam omni uerbo dei minis & promissi-
onibus, historiæ diuinæ uere adsentiuntur
q̄ sic fidunt. Scholastica fides nihil nisi mor-
tua opinio est. Nā quomō credūt omī uer-
bo dei? q̄ promissam remissionē peccatorū
nō credūt? Non em̄ ualet q̄ dicūt Sophiste
impios credere, nō sibi quidē, sed aliis remis-
sionē peccatorū contingere. Quaso em̄ an
nō iis quoq; impiis promissa est cōdonatio
peccatorū? sed non instituim⁹ disputare, cō-
tenti paucis indicasse quid nomine fidei sig-
nificaretur. Extat Lutheri libellus de Chri-
stiana libertate, e quo qui uolet fidei commē-
dationes alias requirat. Porro fidei uim, opi-
nor e scripturæ exemplis clarius cognosce-
mus.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Genesis. xv. promittit misericordiã suã
 Abrahamæ deus uerbis magnificis. Noli time
 re Abrahamã, ego protector tuus sum, & mer
 ces tua magna ualde. Paulo post pollicet eti
 am posteritatẽ. Sequit autẽ, Credidit Abra
 ham deo, & reputatũ est ei ad iusticiã. Quid
 igit credebat Abraham? non aliud nisi esse
 deum imo & promissioni Dei credidit, eam
 q̃ fidem deinde declarauit egregio exemplo,
 cũ filium esset imolaturus, nihil dubitãs, qn
 daturus esset deus posteritatem, etiã hoc fi
 lio necato. Iam cum fides sit adsentiri uerbo
 dei, quid crediderit Abraham ex p̃missione
 quoq̃ satis apparet, cũ se protectorem illi ad
 dicit deus. Ergo credunt qui protectore, p̃
 patre, deum habent, nõ pro iudice tantum.
 Exodi decimoquarto, fremũt Israelitæ per
 diffidentiam, cũ fugam suam intercluderẽt
 maria, mōtes, & hostis a tergo instaret. Hos
 iubet cōsistere Moses, uisuros magnalia dei
 & addit p̃missionem, Dominus pugnabit
 pro nobis & uos tacebitis. Quid si hic de fi
 de disputassent pro more scholarum nostra
 rum Israelitæ, Satis esse si historiæ credant,
 q̃ sit deus, q̃ malis pœnas, bonis premia di
 spendet, se quoq̃ malos esse & fieri posse, ut

PER PHILIP. MELANCH.

punire uelut utrosque tum Egyptios, tū Israelem. Sed credebant diuinæ uoci, diuinis miraculis, fidebant misericordia dei, ut maxime ipsi quoque mortis essent rei, atque ita committebant se aluo per fidem. Et iam hoc exemplo experti uoluntatem dei erga se, cum uiderent se seruatos, Egyptium perisse undis, timuerunt, inquit, dominum, & crediderunt domino, & Mosi seruo eius. Et ea quidem nobis exempla sunt exhibita, ut discamus credere, non illa quidem Sophistica fide, sed hac fiducia uerbi dei, qualem fuisse in Mose uides hoc loco &c.

Qualem autem fidem exigit in Numeris. xiii. cum desperaret de Palæstina occupanda populus? Ait enim dominus, Usquequo detrahet mihi populus iste? quousque non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? Et capite uicesimo. Irascitur Mosi & Aharon, quod non credidissent aquam a petra promanaturam. Credebat certe Aharon, credebat Moses esse deum, sed de diuina uoce dubitabat, qua promissa erat aqua e petra. Eam incredulitatem taxat dominus.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Aut de qua fide loquitur Moses Deutero-
 primo, Porrauit te deus tuus, ut solet homo
 gestare paruulū filiū suū in omni uia, per quā
 ambulastis donec ueneritis ad locum istum
 Et ne sic quidem credidistis domino deo ue-
 stro, qui praecessit uos in uia &c. Habebant
 illi certe fidem informem, habebant fidē ac-
 quisitam, sed promissionib⁹ misericordiē dei
 nō fidebant, nō erant erecta corda eorū fidu-
 cia misericordiā dei, uiuebant in increduli-
 tate, contemnentes uerbi dei, opus dei, redu-
 ctionē ex Egypto indigne ferebant, ideo ei-
 us incredulitatis poenas dedere, haud dubie
 alias boni uiri in speciem, Hæc est hypocri-
 sis hominū, qui ad eum modum fucati sunt
 bonis opiribus, cor autē non est erectum, fi-
 ducia & gaudia in deo, cum hāc unam fidu-
 ciam requirat deus, cū illius uni⁹ confirmā-
 dæ gratia, filiū dederit, ne de bona uolūtate
 erga nos sua dubitemus, ut ponamus ī deo
 spem nostrā & nō obliuiscamur operū dei,
 & mandata eius requiramus, Psalm. lxxvij.
 Item .i. παραλειπομένων, v. Deum inuocauer-
 runt, cum preliarentur, & exaudivit eos, eo
 quod credidissent in eum, Et secundo παρα-
 ληπτώνων, xvi. Oculi domini contemplan-

PER PHILIP. MELANCH:

tur uniuersam terram, & prebent fortitudi-
nem his qui CORDE PERFECTO cre-
dunt in eum. Vbi Asam regē Iuda propheta
Ananías taxat, Syrorum auxiliis fidētem;
Verum haud scio, an usquam fidei uim ex-
emplo potiore exhibeat scriptura, quā id est
qd̄ de Iosaphat. ii. παραλαβόμενων .xx. legi-
tur, cum ille Ammonitas, & Moabitas solo
cantu funderet, nec aliud præcepisset exerci-
tū suo, quam ut consisterent confidenter.
Eiusmodi est & Ezechiae exemplum.

Quam fidem autem requirebat ab Achaz
Esaias, capite vii. cum uetat auxilia Assyrio-
rum implorare, polliceturq; opem diuinā,
addens, Si non credideritis, non permane-
bitis.

Plenæ sunt huius generis exemplorū sa-
cræ historiæ omnes, erit igitur pii ac studio-
si lectoris, & pro discentia fidei ratione, & p-
confirmanda conscientia decerpere exem-
pla. Repetemus autem aliquod locos etiam
ex literis noui testamēti, uel in hoc ut intelli-
gatur idem spiritus esse historiarum utrius-
que testamenti.

HYPOTIPPOSES THEOLOG.

Et ut hinc ordiar Actuum. xv. negat Petrus operibus legis iustificatos patres, quamquam in lege uiuerent, sed fide. adducit fide purificari corda, quae nisi tu intelligas, sicut ipse exponit, de fiducia gratiae, & misericordiae dei, iam toto erras caelo, qui. n. fieri poterit, ut fides scholastica corda purificet. Vult ergo Petrus oia opera patrum Dauidis, Esae Hieremiae peccata fuisse, iustificatos autem esse sola fiducia misericordiae dei in Christo promissae. Sicut saepe prophetae de se testantur. Haec fiducia bonae uoluntatis dei spargit in omnem uitam, in omnia opera, in omnes tentationes corporales & spirituales.

6. Vna eademque fides est, qua creditur Deo, qua fidentur bonitate dei, qualicumque tentatione, Spirituality tentatio illa mulieris peccatricis erat Lucae septimo quam erexit Christus inquiring, remittuntur tibi peccata tua. Item Fides tua te saluam fecit, uade in pace. Corporalia erant plerumque cum morbos curaret, & incredulitatem discipulorum iure corporaliter arguit, Matthaei xvi. cum illi de panibus essent solliciti. Sic enim increpat, Quid cogitatis inter uos modicae fidei? &c. Et pa-

PER PHILIP. MELANCH.

tris curam de suis in re corporali quoties inculcat? Matthæ i vi. Scit pater uester qd' his omnibus opus habetis. Et. x. Multis passeribus melioris estis uos. Et huiusmodi corporalia non contemnenda rudimenta sunt exercendæ fidei.

7 Hæc moneo ne quid laboremus distinguendis p'missionib⁹ diuinis. Sunt enim alia rerum corporalium, ut ueteris testamenti omnes. Alia spirituales, quæ propria ad nouum testamentũ pertinent. Sic enim sentio nec p'missionibus corporalibus credere ex corde nisi iustos. Et corporalium rerũ p'missione misericordiam suam declarasse deum, quod argumentari facile poterant sancti, multo magis animas suas curæ esse Deo, si curæ fuissent corpora. Nec desinere patrem esse animarum, qui corporibus patrem egisset. Hoc est quod ante dixi, etiam corporalium rerum p'missiones per se fuisse p'missionem gratiæ, obscuram quidẽ sed tamen habentibus spiritum dei satis cognitam. Iam & Mosi precanti pro populi peccato, in Numeris capitulo. xiiii. condonatur peccatũ populi. Et lex cũ p'missione gratiæ lata est. Exodi. xx. Ego sum dominus

HYPOTYPOSES THEOLOG.

deus tuus faciens misericordiam in millia his
 q̄ diligunt me & custodiunt præcepta mea.
 Et sacrificia pro peccato tradita sunt, quæ
 necesse est fateamur fuisse signa remissionis
 peccatorum fidelibus. Non quæro allegorias,
 sed historiam uolo promittere misericordiam
 in eo ipso q̄ corporalia beneficia promissa
 sunt. Atq; huc pulcherrime quadrat plerumq;
 historia, ut genesis. xxviii. ait Iacob, Si fuerit
 dominus mecum & custodierit me in uia per
 quam ego ambulo & dederit mihi panem ad
 uescendum & uestimentum ad induendum &c.
 erit mihi dominus in deum. Fidem misericordiam
 & bonitatis dei efficacissime nobis
 commendauit Moses exemplis operum & pro
 missionum corporaliu. Deutero. viii. Ad
 fluxit te penuria & dedit tibi cibum manna,
 quod ignorabas tu & patres tui, ut OSTEN
 DERET tibi, quod non in solo pane uiuat
 homo sed in omni uerbo, quod egreditur de
 ore dei. A deo uerbum uitæ est, quocumq; mi
 sericordiam dei cognoscit cor humanum. Huius
 formæ exempla fidei recensentur ad He
 bre. xi. quorum plerumq; ad res corporales per
 tinent. Et cur non ad hunc locum accommo
 damus totum illud caput.

PER PHILIP. MELANCH.

Principio fidem sic definit, Fides est speranda rerum hypostasis, id est, expectatio certitudo non apparentiū. Hanc ὑποκειμένη fidei eiusmodi glossematis detorserūt ad sua somnia sophistę, et ad carnalē illā opinatiunculā, quę fidē uocarūt ut plane nihil Apostolica sententię intelligeret. Proinde nos simplicissima uerba simplicissima sententiā referemus. Fidem esse certitudinem eorū quę non adparent. Obsecro quid est certitudo: at diuinarū ac spiritaliū rerū nihil certo tenet natura, nisi per spiritum sanctū illustrata. Iam & sperandarū rerū expectatiōem adpellat. Non est igitur fides credere minis tantum, imo hoc potius timorē uocat scriptura, sed & promissionibus credere, hoc ē fidere misericordia & bonitate dei, aduersus iniuriā mundi, peccati, mortis, adeoque portarū inferi. Viden expectatiōem rerū quę separantur adpellari fidem. Non credūt igitur, quę non expectant, promissam salutem. At dices, credo promissam salutē, sed aliis obuenturā. Sic, n. sentis caro. Sed audi, An non hæc tibi quoque promissa sunt? An non in omnes gentes prædicatum est Euangeliū? non credis igitur nisi tibi quoque salutem promissā credas, Certa impietas & infidelitas

HYPOTYPOSES THEOLOG.

ē nō oī v̄bo dei credere, aut credere nō posse, q̄ & tibi sit p̄missa remissio peccatorum.

Subiicit autē definitionis exempla Epistolae ad Hebraeos. Fide intelligimus conditum esse mundū uerbo dei, ut inuisibiliū scilicet diuinitatis, & uertutis eius uisibilia scilicet opa diuinæ potentiae fierent. Sic, n, hic locus cum eo qui est in Romanis conuenit. Hic uero Sophistæ obstrepent, inepte a nobis aliā requiri fidem præter historicā, cū Epistola ad Hebræos hic de historia tm̄, nempe conditi mundi, loquatur. Sed audi, quomodo quadrabit, ad definitionē fidei præscriptam hoc exemplū, si ad solam historicā fidem ptinet: Proinde fidē historicæ de mundo cōdito, non opinionē tm̄ illam uulgare, quæ gentib⁹ etiā, quæ Saracenis persuasata erat, sed cognitionē potentiae & bonitatis ab ope creationis collectā uocat. Ea fides non alia erat, q̄ uel Petri uel Pauli. Nā ut potētiam dei intelligit Petr⁹ in resurrectione Ch̄i, ut bonitatē, ut misericordiā intelligit, cum credit, p̄ se Ch̄m uictimam ac satisfactionē fuisse. Adeoq; nullo opere suo, sed simpliciter misericordia dei fidit, quam in Christo pollicitus est. Ita qui spiritu rerum conditi

PER PHILIP. MELANCH.

onem æstimat, is & potentiam dei uidet au-
 ctoris tantarum rerum, & bonitatem cum se oia
 uelut e manibus creatoris sentit accipere, ui-
 tam, uictum, sobalem, & illa permittit crea-
 tori, ut temperet, regat, administrat, suppe-
 ditet, pro sua bonitate, quæ libet. Hæc fides
 est de rerum conditione non frigida opinio,
 sed uiuacissima cognitio tum potētiae, tum
 bonitatis dei, effundentis se in omnes crea-
 turas, regentis & administrantis omnes cre-
 aturas, quæ si possem explicare, ut rei dignitas
 postulat, quātū chartarum insumerē in hūc
 unum locū. Quanquā qui uere credit, quæ sit
 fides de rerum creatione, spiritu facile æstima-
 bilit. Fortasse ridebunt hæc Sophistæ, sed
 rideant sane, dum refutare non possint quæ
 ego tam firma esse scio, ut ne ab inferorū qu-
 dem portis possint conuelli. Vocat Paulus
 creatiōis fidem, augustius & uiuacius quid-
 dam, quam opinionem sophistā, cum ad
 Romanos, i. ait, Inuisibilia dei nempe sem-
 piternā uirtutem, & diuinitatem conspici,
 & uisibilia. Porro uirtus dei seu diuinitas, quod
 nisi potētia & bonitas est. Et Actuum, xiiii.
 Non sine testimonio se reliquit benefaciens,
 de cælo dans pluuiā & tempora fructifera,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Et q̄ suauiter oblectat se David meditatione
 creationis, Psal. ciii. Omnia in sapientia feci-
 sti, impleta est terra possessione tua, Itē, Oīa
 a te expectant, ut des illis escā in tempe. Dā
 te te illis colligent, aperiēte te manum tuā
 oīa implebuntur bonitate. Quæso te ad eū
 modū mysterium creatiōis tractare pōt ca-
 ro: aut illud carnaliū somniorum chaos phi-
 losophia, quæ cū contingēter euenire res ar-
 bitretur, plane negat opus creationis. Itaq̄
 sicut legis populus potentiā ac bonitatē dei
 cognouit, in eo q̄ uindicatus est a seruitute.
 Egyp̄tiaca. Sic enim ait Exodi. xx. Ego sum
 dñs deus tuus, q̄ eduxi te de terra Egipto, de
 domo seruitutis &c. et ante legem p̄mulga-
 tā cognoscebāt patres, in iisque cū Abrahā,
 Isaac, Iacob, gesserat. Quare deū Abraham
 &c. uocant. Ita ante hos creatio rerū erat sig-
 num certū & forma, e q̄ cognoscebatur de-
 us. Sic Abel, sic alii sancti credidere, quanq̄
 horū fidem quoq̄ excitauit p̄missio de capi-
 te serpentis cōterendo p̄ semen Heuæ. Ideo
 subūcitur, Fide potiorē hostiam Abel, quā
 Cain obtulit. Erat in utroq̄ dubio procul hi-
 storia scientia, aliq̄ cur offerret Cain? Er-
 go cum fidē Abelo tribuit, nō Cain, nō aliu

PER PHILIP. MELANCH

quam historicā opinionē designat, sed fidē glorificantem deū, bene sentientē de deo, fir- dentē diuina misericordia &c. Hac fide uin- cebat Abel, p̄ hanc fidē consecutus est testi- moniū, q̄ esset iustus. Id quod diligenter ad- notauit auctor Epistolæ, ut admoneret fidē esse, quæ p̄ iusticiā reputaretur, non hostiā, non ullū opus. Fide Enoch translatus est ne uideret mortē, hoc est, quia credidit Enoch, deo placuit, atq; ita, ut in ipso patribus ostē- deret & argumentū & spem uitæ melioris, cum eū transferret. Quid em̄ attinet quæ re- re quorsum sit translatus, modo intelligam⁹ eum uelut specimen uitæ & certissimū argu- mentū immortalitatis exhibitū patrib⁹ ad cō- firmandā eorū fidem. Iam qd̄ sequit̄, sine fi- de impossibile est placere deo, credere enim oportet accedentē ad deū, & q̄ sit, & q̄ inq̄- rentib⁹ se, remunerator sit, uides q̄ nō pos- sit de sophistica fide intelligi qua satis con- stat nō confidere deo hypocritas q̄ misert⁹ sit, q̄ beneuelit, q̄ sit saluatur⁹. Nam si inter- roges eorū corda, nōne ita respondebunt. Nescio utrum deo sint accepta opa mea. ne- scio utrū possim saluari, Scio q̄dē p̄missam salutē, Scio deum esse misericordem, sed for-

HYPOTYPOSES THEOLOG.

tasse mecū nō aget p̄ misericordia. Ista mei
 rationē maiestas non hēt, & hoc genus im-
 pia multa. Quāq̄ ne hęc q̄dē, quę de dei iu-
 dicio loquunt̄ impii, ex uero corde p̄ficiscū-
 tur, Contemnut enī dei iudiciū, non timēt,
 donec a deo confundunt̄. Effet autē debella-
 tū nobis, si cor magnitudinem bonitatis, &
 amplitudinē gratiæ concipere possēt, atq̄ i-
 ta confidere. Non est oblitus tui deus, tanta
 eius misericordia est, ut si te ei credas, seruet,
 tueatur, saluet, confide igit̄. Quorū corda ad
 eum modū erecta sunt sensu bonitatis dei, q̄
 credunt SIB leuentura, quæ p̄misit deus, ea
 demū uere credunt, deū esse remuneratorē,
 Immo ea quoq̄ tandē uere credunt deum,
 Nō credunt enī impii, sed frigida opinione
 tenent̄, cui non adhæret p̄funditas cordis.
 Fide Noe respōso accepto, metuens ea quæ
 nondū uidebantur, parauit arcam ad salutē
 domus suæ. Ecce duo complectit̄ Nohæ fi-
 des minas et p̄missionē. Atq̄ id est, qd̄ ante
 dixi, nulli uerbo dei impios credere, nec mi-
 nis, nec p̄missionib⁹. Nohe deo gloriā uerit-
 tatis tribuit, ideo & minas formidat, & pro-
 missione salutis, adeoq̄ misericordia fidit.
 Multi, ne dubita, illis quoq̄ temp̄ibus fuere
 hypocritæ qui fidē simularunt, esse deū, esse

PER PHILIP. MELANCH.

malorū uindicē, esse bonorū seruatorē. Sed
 hōs illæ dei minæ nihil mouerāt. Quare: q̄
 nō crederēt uero corde, nec mouit p̄missio
 salutis, p̄ arcā, q̄ nō fiderēt misericordiæ dei
 SVPERSE. Adeo nihil est Sophistica fi-
 des, nisi mera impostura merū ludibriū ani-
 marū, & tamen impij & ^{ἀθεοί} Sophistæ do-
 cent satis esse illā suā fictā fidem ad bonū o-
 pus. Cum bonū opus nō sit q̄ aut odio aut
 cōtemptu dei fit, Fit autē odio & cōtemptu
 dei, quidq̄ non fit fiducia misericordiæ &
 bonitatis dei. Sicut Paul⁹ ait, Peccatū ē, quid
 q̄ nō fit ex fide. Et p̄ arcā, ait, dā nauit mū-
 dū. Nempe q̄ unū fides seruarit, reliq̄s p̄di-
 derit incredulitas. Et q̄ sollicitē monet, sum-
 mā esse iusticiæ, fidem misericordiæ & gra-
 tiæ dei cū addit, & iusticiæ quæ p̄ fidē est, hæ-
 res institutus est. Nihil de figuris loqr, non
 quero allegorias, sed ad simplicissimā histo-
 riā me refero, Iustificatur Noe non ullo suo
 bono ope, sed sola fide misericordiæ dei, q̄
 cum ex hac p̄missione de se seruando ex ags-
 tum ex ea, quæ de capite serpentis, hoc est,
 de aculeo mortis, conterendo, maiorib⁹ tra-
 dita erat conceperat. Fide adpellatus Abra-
 ham obediit, ut in locū exiret quē acceptur⁹
 erat in hereditatem, & exiit nesciēns q̄ irret.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Fidebat Abrahā misericordia, bonitateq̄
 dei nihil dubitās, quin ubicūq̄ gentiū esset,
 deum esset habiturus p̄tectoem, & seruator
 rem. Ideo se eius uoci cōmisit, de serens pa/
 triam, nō aliter atq̄ se uoci Mosi committe/
 bant israelitæ, cū alueū rubri maris ingrede/
 rent. Porro quanta hæc Abrahæ fides fuit?
 quæ quanq̄ tota ille uita uagaret̄ incertis se/
 dibus, tñ nō est labefactata. Satis potēs, satis
 opulēt⁹, satis tuto loco colere sibi uidebat,
 sub umbra alarū dei degeret. Iam in eo ipso
 etiā, qđ certam in Cananæa sedem nec sibi,
 nec gnato contingere uidebat, hospitem se
 hui⁹ terre agnoscebat esse, ciuem fore eterne
 ciuitatis sperabat. Fide & Sara uim accepit
 ad cōcipiendū, retinēdūq̄ semen. Viuificat
 em̄ & creat oia uerbū dei, quo cū fideret Sa/
 ra, nempe p̄missione sobolis, q̄ fieri potuit,
 ut non ex sterili, ex effœta, fœcunda fieret.
 OMNIA em̄ possibilis sunt credēti Sed
 Abrahæ fides ut oppugnata est, quā ualido
 ariete cōcussa est cū Isaac, in quo sciebat pro/
 missam esse posteritatē, iuberet̄ immolare.
 Quā fuit aut̄ constans in adulescente Isaac fi/
 des, cum patris impio, cū uolūtati diuinæ a/
 deo nihil cōtarē obsequi. Putas potuisse tā

PER PHILIP. MELANCH.

ſæuū imperiū exercere patrē & filiū, & eū q̄
 dem cui p̄miſſa erat poſteritas. Putas filiū
 obtemperaturū fuiſſe patri, ni uterq; cōſiſus
 miſericordia diuina, illi ſe cōmiſiſſet. Nec fe
 ſellit fides. Seruat̄ fili⁹, reſtituit̄ patri, collau
 datur patris obedientia. Vides hic p̄luſum
 eſſe peccato & morti & iuſtificationi & reſur
 rectioni, adeoq; toti nouo teſtamento. An
 non hic didicerūt non Abrahā modo & Iſa
 ac, ſed omnes pii priuſq̄ reuelareſ Euangeli
 um, quid in morte ſperandū eſſet de uolun
 tate dei. An non hoc exemplo fidem uictæ
 mortis, concepere patres? uiderunq; p̄luſū
 Chriſto, qui caput ſerpentis, ac uicium mor
 tis contriturus eſſet. Fide Iſaac benedixit Ia
 cob & Eſau, futuræ credens ut, p̄miſſam ter
 ram olim occuparent. Iam hoc mirabilius ē,
 q̄ ratam eſſe uoluit benedictionem Iacob,
 quā is præripuiſſet natu maiori fratri, cui iu
 re gentiū debebat, nimirū fide diuini uerbi,
 Maior ſeruiet minori. Fide b̄ndixit Iacob fi
 lios Ioseph, quanq̄ iam exules, nihil dubitās
 tamen redituros in Cananeam, eſſeq; maxi
 marū gentiū primordia. Nec dubitarūt Mo
 ſi parentes quin redituri eſſent in palæſtinā,
 quod in cauſa fuit, cur occuluerint infantē,

HYPOTYPOSES THEOLOG^o
spem generis. Deinde etiam cur expositum
commiserint potius diuinæ misericordiæ,
quam necarint.

Adde si uoles & reliqua exempla, nos for-
mam exemplorū tractandorū delineauim^{us},
docuimusq; nō de sophistica hypocrisi, sed
de fide loqui ei⁹ Epłæ auctorem, hoc est de
fiducia misericordię seu gratiæ dei.

Hic non fides discrimen promissionū di-
uinatū, sed simpliciter uerbum dei esse, pro-
missionem misericordiæ & gratiæ dei, siue de
rebus æternis, siue de rebus tēporalibus aga-
tur. Quanq̄ fere promissiones rerū spiritua-
liū ex corporalīū pmissionibus colligi pos-
sint, non dico per allegoriam tm̄, sed claro et
manifesto argumēto spiritus. Quid in mor-
te sperandū esset Abrahamū perspicuo do-
cebat filiū immolatio. Iam hoc quoq; non ad-
tinet discernere promissiones, q̄ in primam
pmissionem de semine Heuæ, id est, Ch̄o,
oīes reliquę directæ sunt. Ideo expectabat
posteritas. q̄a semen illud expectabat, scili-
cet Ch̄s. Atq; ita renouata est pmissio He-
uæ facta, in pmissione Abrahę facta, cū inq̄t
Genesis. xxii. Benedicent̄ ī semine tuo oīes
gentes terrę, quod nisi de Ch̄o exponi nō

PER PHILIP. MELANCH.

potest. Atq; ita interpretatur Apostolus ad Galat. iiii. In semine tuo, qui est Christus, & expectā esse posteritatem expectatum esse regnū propter Christum pmissum satis declarat Iacob Gene. xlix. Non auferetur sceptrum de Iudā, & dux de cœmore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gētium, ubi quid aliud uoluit, nisi regni, adeoq; omnes corporalium rerum promissiones in Christum referri, & in Christo consumari. Hoc in causa est cur nullo discrimine Paulus quasuis promissiones Abrahamæ factas citat, Ad Galatas tertio, eam quæ est Genesis xii. In te benedicent oēs gentes. Et ad Roma. iiii. dicit Abrahamæ pmissam hereditatē mundi, & q; filii Abrahamæ sint ex omnibus gentibus q; credere, & q; omnes fideles sint reges in Ch̄o rege. Sicut psalm⁹ ait Omnia subiecisti sub pedibus eius. Rursū, qui manifeste reuelatio Euangelio in Christum credunt, in eo omnes corporales benedictiones habent. nam si proprio filio deus nō pepcit, sed p nobis oibus tradidit eū, quo mē nō omnia cū eo donarit? Idem apparet ex regni ratione, q; omnes creaturæ, ut Christo, ita illi⁹ fratrib; subiectę sūt, mors, fames,

HYPOTYPOSES TEOLOG.

gladius, potestates, summa, infima, peccatū,
 deniq; quidqd est omniū rerū, quas metue/
 re humana imbecillitas solet, in nostra pote/
 state est, sub pedes nostros subiectum est, ni/
 si regnare Christū nō credim⁹, Huc illud p/
 tinet, quod supra dixi, fidem spargi in om/
 nes casus uitæ, mortisq; nostræ, q̄ nulla crea/
 tura recte utamur, nisi p̄ fidem, q̄ om̄ib⁹ cre/
 aturis abutamur per ditidentiam hoc est, nō
 credentes in creaturę usu nos placere deo,
 diffidentes in usu creaturæ de misericordia,
 de beneuolentiā dei erga nos. Abutitur ino/
 pia, morte, aduersus rebus, qui nō credit di/
 uinę misericordię opera esse, qui hic diffidit
 ad humana p̄sidia profugit, qui dubitat se
 ī ch̄o uicere posse. Sic abulus fuisset tristissi/
 mo impio de mactando filio Abrahā, nisi
 libenter obsecundans, cōmisisset se miseri/
 cordię diuinę confisus nihil nō agi secum a
 deo paterno adfectu. Non minus abutitur
 pecuniā, uita, secūdis rebus, q̄ nō agnoscit es/
 se dona misericordię diuinę, qui non utitur
 fideliter, tanquam alienis donis &c.

Summa, Oia habet, om̄ia potest, qui Chri/
 stū habet, hic iusticia, pax, uita, salus est Et in
 hunc modū uides coherere p̄missiōes diuine

PER PHILIP. MELANCH.

nas. Nam prorsum singulę significatiōēs & testimonia bonę uolūtatis dei erga nos sūt, q̄ alias alio ope alio dono nobis comēdat & inuauat. Ita ī hoc p̄ uniuersę scripturę historiā tot⁹ incūbit, ut doceat, ut asuefaciat nos cōfidere sua bonitate, q̄ si quis in tot, tanq̄ multiplicibus p̄missionib⁹ contēpletur, is quō colibere se poterit, quo minus in illius tante misericordie sinū effundat animū, & spiritū. Porro bonū uoluntatē meruit Christ⁹, quē pro nobis intercessorē, quē pro nobis uictimā & satisfactionē dedit. Sic. n. deus dilexit mundū, ut filiū suū unigenitū daret pro mūdo. Huic quia fauet, nobis fauet, huic qa oīa subiecit, nobis. Ita oēs p̄missiones in eum nempe q̄ nobis emeruit misericordiā patris q̄ nobis conciliauit patrē. reuerende sunt. Sicut Iohannis primo. De plenitudine eius oēs nos accepim⁹, & gratiā pro gratia, fauorem erga nos, pro fauore erga Christū. Exercebis spiritū meditatione p̄missionū accurate, q̄ nisi e p̄missionib⁹ cognosci nequitquam poterit Christus, at nisi Christū noris, nec patrem cognosces. Huc igitur omēs spiritus tui cogitatiōēs adfer, huc incumbe, ut ex p̄missionibus cognoscas, quę tibi in

HIPOTIPOSES THEOLOG.

Christo sint donata. Quæso autem ubi promissionum scholastica Theologia uel uerbo meminit? Atq; ita factum est, ut gratiã christi obscuraret, ut ex Christo nõ pinguis misericordiæ, sed legillatorem, & exactorem multo tristiore faceret, quam Moses etiam uisus est.

Et de promissionibus quidem hæcenus, quæ omnes in primam illam, quæ Heuæ facta est, referri debent, qua significatum fuit Adæ ac Heuæ futurum, ut & peccatum & mors, illi⁹ peccati pœna, olim abolerentur, cum scilicet serpentis illius caput Heuæ progenies contereret. Quid, n. caput serpentis, insidię serpentis præter peccati mortisq; regnum significant? Ad hanc si reuoces reliquas promissiones, uidebis in uniuersã scripturam mirifice sparsum esse Euangeliũ, qd est simpliciter condonatio peccati per Christum, seu prædicatio gratiæ. Quanquam ut paulo ante dixi, promissiones omnes etiam corporalium rerum, sunt testimonia beneuolentiæ, seu misericordiæ dei quibus q credit, quia de Deo bene sentit, eiq; laudem clementiæ & bonitatis tribuit, is iustus est. Nondum credit omni uerbo Dei qui mias

PER PHILIP. MELANCH.

audit, qui historiam profitetur, sed qui præter minas, præter historiam, etiam promissionib⁹ credit. Neque uero historiam de Christo credere, id est, q^o putant impii, sed credere cur carnem induerit, cur crucifixus sit, cur post mortem in uitam redierit. nempe, ut iustificaret, quotquot credituri sibi essent. Hec tu si credis, tuo bono, tui seruandi gratia gesta esse, foeliciter credis. Præter eiusmodi fidem, fucus mendacium, falsæ insanie sunt quidquid uocant fidem.

Ecquid in causa est cur soli fidei tribuat^r iustificatio? Respondeo, cum sola misericordia dei iustificemur, fidesq^{ue} plane sit misericordiam cognitio qualicumq^{ue} promissione eam prebenderis, soli fidei tribuitur iustificatio. Qui mirantur cur soli fidei iustificatio tribuatur, ii mirentur etiam cur misericordiam dei tantum, ac non potius humanis meritis iustificatio tribuatur. Est enim credere, nullo uel horum operum nostrorum respectu, fidere diuina misericordia. Misericordiam dei iniurius est, qui fide iustificari sanctos negat. Nam cum iustificatio nra solius diuine misericordiam op⁹ sit, non operum nostrorum meritum,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Sicut aperte docet ad Romanos. xi. Paulus, necesse est ut iustificatio soli fidei tribuatur, nempe, qua sola promissam misericordiam accipimus.

Quid igitur opera? quæ præcedunt iustificationem, liberi arbitrii opa, ea omnia maledictæ arboris, maledicti fructus sunt, & ut pulcherrimæ uirtutum exempla sint, quales erant ante conuersionem Pauli iusticiæ, tamen, nihil nisi fucus et mædaciũ sunt, quæ ex impuro corde proficiunt. Cordis impuritas, ignorantia dei est, non timere deum, non fidere deo, non requirere deum, ut supra monuimus. Nihil enim caro nisi carnalia sapit, ad Roma. viii. Caro adfectat ea quæ sunt carnis. Et prima ad Corinth. ii. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Quis cognouit sensum domini &c. intelligit, sapit, adfectat, gloriam, opes, uitæ tranquillitatem, ac dignitatem, natura. Qualia multa philosophi inter fines honorum numerant, alius εὐθυμίαν, alius ἀμαλγυσίαν. Diuini nihil adfectat natura, id quod adparet. Nec enim terretur uerbo dei, nec ad confidendum animatur. Et talis quidem arboris fructus, quid nisi peccata sunt?

Quæ uero opera iustificationem conse-

PER PHILIP. MELANCH.

quintur, ea tamen si a spiritu dei qui occupauit corda iustificatorum proficiunt, tamen quia fiunt in carne adhuc impura, sunt & ipsa immunda. Coepta enim iustificatio est non consummata. Primitias spiritus accepimus, nondum decimas. Adhuc expectamus, ut ab Ro. viii, dicitur, cum gemitu redemptionem corporis nostri. Proinde quod in his etiam operibus immundum quiddam est, iusticiae adpellationem non merentur, & quatenus te uertis, siue ad opera praecedentia iustificationem, siue ad ea quae sequuntur iustificationem, nullus nostro merito locus est. A deo quod solius misericordiae opus est iustificationem necesse est. Hoc est quod ait Paulus ad Galat. ii. Quod autem nunc uiuo in carne, in fide filii dei uiuo, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non autem ait in meis bonis operibus nunc uiuo, sed in fide misericordiae dei uiuo. Porro quod ea opera quae iustificationem sequuntur, pro peccatis non imputantur fides facit. Qua de re paulo post agetur.

Ergo cum fidei iustificatio tribuitur, misericordiae dei tribuitur, humanis conatibus, operibus, meritis adimitur. In initium ac professus misericordiae debent, ut uniuersae uita iusti/

HYPOTYPOSES THEOLOG.
cia nō alia sit, nisi fides. Hoc est, cur Christi
regnum, misericordiæ regnum uocet pro-
pheta Esaias, xvi. Et præparabitur in mise-
ricordia sobilium &c. Nam si nostris operi-
bus iustificaremur, non iam Christi, nō mi-
sericordiæ sed nostrum, sed operū nostrorū
regnum esset. Et Oleæ secundo. Sponsabo
te mihi in sempiternum, & spōsabo te mihi
in iusticia & iudicio, & in misericordia, & in
miserationibus, & sponsabo te mihi in fide,
& scies, quia ego dñs. Et psalmo. lxxviii.
Misericordia & ueritas precedent faciem tu-
am, Misericordia liberalis fauor est, qui me-
riti nostri nullam habet rationē, Veritas est
opus dei, uere non ὑποκειμένη, iustificantis
nos. Et quid adinet multa congerere, cum
propheta Esaias capite. liiii. primum palam
damnet iusticias omnes nostras, cū inquit.
Omnes nos uelut oues errauim⁹, unusquisq;
in uiam suam declinauit, & posuit dominus
in eo iniquitatem omniū nostrum. Et Pau-
lo post, non ait operibus nostris, non egre-
gis uolūtatis nostræ conatibus, nō consiliis
nostris, sed ipse Christus, cognitione sui iu-
stificabit multos. Ecce cognitio Chri iustifi-
catio est, cognitio autem sola fides est. Hoc

PER PHILIP. MELANCH.

genus alia per se obseruabit diligens lector.
 Nam fidei naturam ac uim non uideor mihi
 posse uerbis, ut optabam, explicare. Qui no-
 runt peccati uim, quorū conscientias pecca-
 ti cognitio perculit, iis demum uoluptati est
 hanc de fide doctrinam audire. Cæterū uela-
 tum est Euangeliū nostrum in hypocritis,
 quibus deus huius seculi excæcauit mentes
 infideles, ut ne illucesceret eis lumen Euan-
 gelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.

Dices, Nihil igit̃ meremur? Et quid scrip-
 tura toties mercedis uocabulo utit̃. Respon-
 deo, merces est, debeturq; non merito ullo
 nostro, sed q̃a pater promisit, iam uelut ob-
 strinxit se nobis ac debitorem fecit, iis qui ta-
 le nihil meruerāt. Quid em̃ clarius aduersus
 merita nostra dici potuit, quā quod est apud
 Lucam capitulo. xvii. Nunquid gratiam ha-
 bet seruo illi, quia fecit, quod imperauerat?
 Non puto. Sic & uos cum feceritis omnia,
 quæ præcepta sunt uobis dicite serui inuti-
 les sumus. Quod debuimus facere, fecimus
 Et Paulus ad Romanos. vi. Stipendiū pec-
 cati mors, donū autem dei uita æterna. Vitā
 æternam donū uocat non debitum, quan-
 tū & debitum est, quia pater eam promisit,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

qui nobis fidem suam obstrinxit.

Nec est quod offendant ii loci scripturæ, qui operū merita prædicare uidentur, qualis hic est ad Roma. ii. Gloria & honor omni operanti bonū. Et Matthæi. xxv. Esuristi & dedistis mihi māducare &c. Nam huiusmodi multa sunt in scripturis. Respondeo paucis, scripturam nō de specie tm̄ externa operis, seu de fūco loq, sed de toto ope, hoc est, cū de externa specie, tū maxime de uolūtate, auctore operis, seu de adfectu. Bonum opus uocat scriptura, nō simulationem tm̄ externam operis, sed totū opus, hoc est, bonum adfectū, & eius adfectus fructum, non aliter atq; cōmunis hoīm sensus loqui solet. Quis. n. bonum opus uocat, quod a maligno animo proficisci nouit: Itaq; cū Paul⁹ ait Gloria & honor operanti bonū, non uideo quibus hic glossematis opus habeamus, quominus quā simplicissime, ut loquitur, intelligatur. Non. n. ait Paulus, Simulanti bonū, sed operāti, corde, adfectu, manib⁹, ope &c. Deprauant ergo id quod ab Apostolo simplicissime, rectissimeq; dictū est, qui uerba eius non de toto opere, non de uita, ac anima operis, sed de specie externa opis exponūt.

PER PHILIP. MELANCH

Recepta etiam uulgo in scholis sententia est, & comunis naturæ sensus docet, nullã esse bonitatem operis, præter adfectũ. Communem sensum cõsulant q̄ de patre operis, nõ de toto opere scripturã interpretant̄. Quid quod eodem loco pulcherrime Paulus ad fidem refert bene actam uitã, docetq̄ ex fide, seu fonte, exorta esse bona opera: cũ inquit. Quærentib⁹ gloriam & honorem, per p̄seuerantiã boni operis. Quærere enim quid aliud est, q̄ quod ad Hebræos. xi. scriptũ est. Credere oportet, accedentem ad deũ, quod sit, & q̄ remunerator sit ingrentib⁹ se. Quærunt qui credunt, qui fiducia uerbi dei trahuntur ad gloriam. Item, qui potest fidei uis ac natura exprimi certius, q̄ uerbo perseuerandi: cum inter tot illecebras carnis & mundi, inter tot afflictiones consistere ac perdurare in bonis operibus nemo sine magna fide possit. Rursum & uitam male actam eodem loco ad credulitatẽ refert, cum ait. Contentiosus, & qui non acquiescunt ueritati. Non acquiescere ueritati, quid aliud est q̄ diffidere: Contentiosi, q̄ ueritati aduersantur, qui carnis opinionẽ sequuntur. Nam quisq̄ palam peccat, is aut contemptu dei, aut despe-

HYPOTYPOSES THEOLOG:

ratione misericordiae dei peccat. Sennacherib. iiii. Reg. xiiii. Quia nihil esse deum ce-
 sebat, in Israelē arma impia mouit, Cain, quia
 desperabat misericordiam, ideo nihil nō au-
 sus est postea. Nemo est enim qui, si confide-
 ret futurū, ut sui miseresceret deus, non cu-
 pidissime legi dei se accomodaret. Sed quia
 contētiosi sumus, ipsi disceptamus nobiscū
 de diuinę irę, ac misericordię amplitudine,
 angustius quiddam tentimus, q̄ res est. Ideo
 contemptu tum irę tū misericordię dei, de-
 flectimus ad cupiditates nostras, nihil nō au-
 demus impij, cęci, furentes, uel glorię, uel
 rerū, uel uoluptatū amore. Miserum specta-
 culum, si illā cordis tui impiam insaniā, & in-
 sanā impietatem cernere contingat. Viden,
 q̄ adposite ad fidē retulerit Paulus bene actā
 uitā, ad incredulitatem, male actā. Sic alios
 locos circūstantiæ exponunt, ut peregrinis
 glossematīs nihil opus sit. Quorū tractatio-
 nē industrię spiritualiū lectorū reliquo. Nā
 illos male feriatos Sophistas, nolo, quibus ni-
 hil tā bene, tam simpliciter dictū est, qd̄ non
 puerant, distinguant, discerpāt in mille for-
 mas. Certo in illo Matthæi loco quē citau-
 mus obscuritas nulla est, si recte rem ęstime.

PER PHILIP. MELANCH.

Nam ut hæc nō urgeā, qđ cum benedictos patris sui uocat, significat salutem bñdictio-
ne diuina, non nostris meritis cōtingisse, ne-
gari nō potest quin de fidei opibus loquat̃
Christus cū inquit. Esurii, & dedistis mihi
manducare. & paulo post, Quod uni de his
fratrib⁹ meis minimis fecistis, mihi fecistis.
Nam quia credūt iusti se Christo facere, qđ
illis faciunt, recte agunt. Ea fides distinguit
opa. Hypocritæ non alunt, nō potant Chri-
stum, sed se. Suræ. n. gloriæ seruiunt, quantū
uis pulcherrimarum uirtutum specimē præ-
se ferant. Hæc satis sit monuisse, ut formam
huiusmodi locorū tractādorū habeāt studio-
si, nā mihi cōmētarii modus temperand⁹ ē.

DE FIDEI EFFICACIA

Iam hoc quoq; spectandū ē, qđ opa, ut fru-
ctus, ita indicia, testimōea, signa spūs sūt, ut
Chrs ait, Ex fructib⁹ eorū cognoscetis eos.
Nā fieri neq; ut ppetuo dissimuleť hypocri-
sis, & fides nō potest nō effundere se, qn in
omnib⁹ creaturis deo cupidissime seruiat, ut
pio patri pius fili⁹ solet. Nā ubi fide degu-
stauim⁹ misericordiam dei, & cognouimus
bonitatē diuinā per uerbū Euangelii, cōdo-
nantis peccata, pmittentis gratiam peccati,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

non potest animus nō redamare deū, ac ge-
 ftire & uelut gratitudinē suā mutuo aliq̄ of-
 ficio, pro tanta misericordia testari Quod si
 gnificātissime dixit Paulus, Fide nos clama-
 re abba pater. Iam quia fere fetalis mens sub-
 iicit deo, ambitio, æmulatio, liuor, inuidētia
 auaritia, uoluptates, & horū fructus iugulan-
 tur, humilia sapit, sese odit, suas cupiditates
 om̄es abominat. Et qđ aptissime dicit Pau-
 lus ad Roma. vi. iam pudet eorū q̄bus antea
 fruebamur. Effundit ergo se in pximos q̄s
 q̄, illis inseruit, illis se p̄bet utendū, illorū ne-
 cessitatē pro sua ducit, omnia cū omnib⁹ cā-
 dide, sinceriter, nihil ambitiose, nihil malig-
 ne agit. Hæc efficacia fidei est, ut ex his fru-
 ctibus facile adpareat in quorū cordib⁹ uera
 fides sit. De tali fide ad Galat. v. Paulus scri-
 bit. In Christo Iesu neq̄ circumcisio aliquid
 ualet, neq̄ præputiū, sed fides que per chari-
 tatē efficax est. Fidem dicit in Christo uale-
 re, deinde eam fidem eiusmodi esse, que se p̄
 caritatē effundat in usus proximi. Et egre-
 gie Iohannes. i. Iohan. iij. Omnis qui diligit
 fratrem suum, ex deo natus est, et cognoscit
 deum Qui non diligit, non nouit deū, q̄ de-
 us caritas sit. Et. ii. Petri. i. Subministrate in

PER PHILIP. MELANCH.

fide uestra uirtutē, in uirtute uero scientiā,
 in scientia uero temperantiā uero patientiā,
 rursus in patientia pietatē, in pietate autē fra-
 ternam caritatē, in fraterna uero caritate, di-
 lectionē. Hæc enim si adfuerint nobis, effi-
 ciet ut ne sit infrugifera cognitio dñi nostri
 Iesu Christi. Qua gradatione Petrus, fidei,
 uelut radici, pulcherrimos ramos, reliq̄s uir-
 tutes, inserit, ut fidē uirtus, id est, feruor, &
 imper^o mortificandę carnis comitetur. Sed
 eum feruorem regat scientia, ut suum quoq̄
 pensum corpori præstetur, Sit aliqua ratio, q̄
 domitū corpus seruiat spiritui *ὁ ἄριστος ἐστὶν θεὸς*
 ut Paulino uerbo utamur, non interimatur.
 Rursum eatenus seruiatur necessitati corpo-
 ris, ut ne luxuriet, ut temperans sit. Iam præ-
 ter temperantiā & malorum tolerantia ac-
 cedat. Sunt enim temperātes pleriq̄, sed of-
 fensi implacabiles. Tolerantiā comitetur
 pietas, hoc est, ut aduersa non modo coram
 hominibus placide feramus, sed etiā corā
 deo gratias illi agentes, qui nos mortificet,
 nihil indignantes uoluntati dei, sicut freme-
 bant aduersus uoluntatem dei, Israelitę, qui
 in deserto periere. Pietas efficiat fraternam
 caritatem, hoc est, ut de his ipsis bene mere-

HYPOTYPOSES THEOLOG^o

amur, qui nos persequuntur, ut inimicos beneficiis inuitemus. Demum ut id ex sincero pectore proficiscat, ut in uniuersum omnes ex æquo & candidè diligamus. Summam habes uniuersæ uitæ Christianæ, fidem cū fructibus suis. Nec est quod uirtutum genera & formas distinguamus philosophorum & scholasticorum more, in morales, theologicas, dona, fructus, quemadmodum Aquinas ineptiit cum suis. Unica fides est, sensus misericordiæ dei, quæ omnium bonorum operum & fons, & uita, & rectrix est.

DE CARITATE ET SPE.

Ex his ad paret, quomodo ex fide nascantur Amor dei, & amor proximi, quem caritatem uocant. Efficit enim cognitio misericordiæ diuinæ, ut redametur deus, efficit, ut nos spõte omnibus creaturis subiiciam^o, qui proximi amor est.

Porro & spes fidei opus est. Nam fides est qua uerbo creditur, spes qua expectatur, quæ per uerbum promissum est. Ut expectemus fides uerbi dei facit. Iuxta illud Psal. ix. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum Non est autem cur separet alterum ab altero

PER PHILIP. MELANCH.

ro. Certe promiscue usurpat scriptura spei.
 ac fidei expectandi sustinendi uocabula. Et
 sicut fides est fiducia misericordiae dei grati-
 itae, nullo operum nostrorum respectu, ita
 spes est salutis expectatio, nullo nostrorum
 meritorum respectu. Immo ne spes quidem
 de deo est, ni non sit de meritis. Quomodo
 enim de misericordia sperat, qui uelut debi-
 tam suis meritis mercedem postulat. Gau-
 det afflictus conscientia, gaudet Euangelic⁹
 peccator, nullum esse meritorum respectu.
 Indignatur hypocrita, ut sit Christus scanda-
 lum Iudaeis, & stultitia gentibus, salus autē
 & sapientia credentibus.

Obiicitur iis qui fidei iusticiam uindicāt,
 id quod in priore ad Corinthios scriptū est,
 in cap. xiiij. Si habeam fidem tantam, qua mō-
 tem trasseram, caritatem autem non habeā,
 nihil sum. Quāsq; autem uos Sophistae, cur
 cum uideretis uniuersam scripturam in eo
 esse, ut doceat misericordiae opus esse iusti-
 ficationem, & Paulum toties nihil obscuris
 uerbis ingeminare hāc, Iustus ex fide uiuit.
 Item, Credenti in eum qui iustificat impiū,
 reputatur fides eius ad iusticiam. Item, Cor-
 de creditur ad iusticiam,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

& huiusmodi multa, hanc uitam ex Corinthiis sententiam, uniuersę scripturę, omnibus ubiq; Epistolis Pauli sic opposuistis, ut reliqua omnia glossematis excusaretis, hanc temperare interpretatione nolueritis? Nos nullo glossemate eã simplicissime, ut est simplicissime dicta, efferemus. Primũ satis constat, Paulum eo loco de amore erga proximum loqui, cui nec scholę uestre principiũ iustificationis tribuunt. Nam cõmentum illud nihil moror, eũdem esse amorem dei & proximi. Deinde negare nõ potest quin hic fidei uocabulum pro dono, seu facultate designãdorũ miraculorum usurparit, id quod & caput. xii. testatur, ubi sic legitur. Alteri fides in eodem spiritu. Receptum est autem posse etiã in impios conferrı faciendorũ miraculorum $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\sigma\mu\alpha$ non aliter atq; prophetiam, linguarum peritiã, eloquentiam.

Mea est sententiã, ut maxime nõ separet fidẽ iustificantem a dono miraculorũ, Paulũ hic, sicut & pene in tota illa Epistola, præter fidem, exigere caritatem. Nõ aliter atq; a credentib; a iustificatis, alias exigit bona opera in omnib; Epistolis. Tamen illis fructibus per sese nõ uacet fides, tamen exigat,

PER PHILIP. MELANCH.

propter fidei nostræ imbecillitatem. Et quod ait nihil esse eū, cui sit omnis omnino fides, citra caritatem, recte sentit. Quamquā enim sola fides iustificet, tamen & caritas exigitur, nempe legis altera pars, ad Roma. xiiii. Totā lex repetitur in hoc, dilige proximū sicut teipsum. Non iustificat autē caritas, eo quod nemo diligat, quantum debet. Fides iustificat, quā misericordia dei, non suo merito fidit

Superest Iacobi sententia. Fides sine operibus mortua est. Bene quidē ille. Nam eos reprehendit, qui iudicabant historicam opinionem de Cristo fidē esse. Propterea sicut Paulus aliam fictam fidem adpellat, aliam ueram. Ita Iacobus aliam uocat fidē uiuā, aliā mortuā. Viuam fidem, efficacē illā & ardentem fiduciam misericordiæ dei. nunquā nō parturientem bonos foetus. Hoc est, quod ait. Operibus fides consumata est. Item gauiracem in Abrahamo fidē fuisse, opera declarant, ideo scriptura impleta ē dicens. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iusticiam. Itaque in summa hoc agit Iacobus, mortuam fidem, hoc est, frigidam Parisiensem opinionem nō iustificare. Fidem uiuā iustificare. Viuam uero esse quæ se in opera

HIPOTIPOSES THEOLOG.

effundit. Sic enim inquit, Ostende mihi fidē tuam sine operibus, et ego ostendā tibi ex operibus fidem meā. Non autem ait, ego ostēdam tibi opera sine fide. Quadrat autem ad hanc meam expositionē aptissime, id quod dictum est, Fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa, ut satis adpareat eū hoc rātum docere, q̄ in iis intermorta sit fides, qui fructum fidei non faciunt, quanquam in speciem credere uideantur

Nō erit inutile & hoc monere, de quo ambigi passim uideo, qui sciat homo, Num in gratia dei sit, cognosci ne possit in nō cor de fidem inesse? Duplex quæstio est, nam p̄ ore, de uolūtate dei erga nos, non de nostris adfectibus. Posteriore de nostris tantū adfectibus, q̄eritur. Et scholastici quidem fœdissimo errore, neutrum sciri posse tradiderūt, ut uel hoc solo loco satis adpareat, nihil fuisse spiritus, in toto isto genere. Nam q̄ ad carnem attinet, cum illa in uniuersum sit ignorans dei, uoluntatem erga se diuinā, qui cognoscat? Et quomodo de spiritalibus adfectibus caro iudicabit, q̄ ne suos quidem adfectus bene compertos habet? Præsum enim

PER PHILIP. MELANCH.

cor hominis, & inscrutabile est. Sic ergo scholastici, fingeant in hominis anima stertere aliquot qualitates, quæ ipsi nos ignoraremus. Præterea, ut nobis uelit deus ne quærendum quidem esse, ita ut apud sese conscientia perpetuo in incerto fluctuet. Quod quid aliud est, quam desperationem docere? Equidem sic sentio. Primum, quod ad diuinam uoluntatem attinget, fidem non aliud esse nisi certam, & constantem fiduciam beneuolentiæ diuinæ, erga nos. Voluntas dei cognoscitur, sed fide, ex promissione seu Euangelio. Non enim tribuis gloriam ueritatis deo, si ita uelle deum ut Euangelio testatus est, non credis. Sciunt se esse in gratia dei, hoc est, habere beneuolentiam deum, qui uerbo dei credunt, qui uoluntatem dei æstimant ex uerbo suo, non ex nostris meritis. Sic Paulus ad Roma. iiii. cum multis argumentis docet, ex fide iusticiam esse. tandem uelut efficacissimam rationem hæc subiicit. Quod si ex operibus nostris potius esset iustificatio, quam ex fide, nunquam conscientia conquiesceret, iam hoc iam illud in uita, in opere nostro desiderans, ut fieri non posset, quin desperaret. Sic enim inquit. Ideo non ex operibus, ut secundum gratiam firma sit, promissio

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Et prophetę quoties de securitate gloriantur. Osee, ii. Dormire faciam eos fiducialiter. Et Hierem. xxiii. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Quid autem aliter, & similes, nisi securitatem, atque eam quidem securitatem pulcherrime expressit Micheas. Sedebit uir sub uite sua, & sub ficu sua, Et nihil obscure Esaias, xxxii. Et erit opus iusticie pax, & cultus iusticie silentium, & securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fidei, & in requie opulenta. Ad hunc modum prophetę describunt regnum Christi, fore regnum securitatis. Quę autem securitas erit, si de uoluntate dei perpetuo ambigunt conscientię? Necessesse est igitur certos nos esse de gratia, de beneuolentia dei erga nos. Hoc est, quod apud Hierem. ix. dominus inquit, In hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me. Vult cognosci uoluntatem suam deus, uult gloriari nos de uoluntate sua. Quid est igitur magis impium, quam negare uel non debere, uel non posse cognosci uoluntatem diuinam. Nempe cum eam expresserit uerbo suo. Et interrogemus Sophistas, credant ne id quod in symbolo

PER PHILIP. MELANCH.

Apostolico est, Remissionem peccatorū.
Item, credant ne sententiæ sacerdotis, cum
absoluuntur. Quod si credunt, necesse est ut
agnoscant se esse in gratia dei, Quod si non
credunt, cur confitentur? Scelera Roma, &
auctor Bullæ Romanæ Eccius damnarunt
articulum quendā Lutheri de fide, q̄ docet.
Absolutiōi credendū esse. Respondeāt igitur,
cur audiant absolutionem, nisi credant.
Obscura est impietas hæc, & perniciosior q̄
quisquā putet. Nec dubito quin multas ani-
mas necarit, quæ ad desperationem isto car-
nali, Sophistico, Parisiensi dogmate adactæ
sunt. Disperdat dñs omnia labia loquentia
mendacium. Christiana mens facile experi-
entia magistra discet, nihil esse Christianis-
mum, nisi eiusmodi uitam, quæ de miseri-
cordia dei certa sit. Ad Roma. xij. Vt discat
tis quæ sit uolūtas dei bona, pfecta, bene pla-
cens &c. Ergo inquierent Sophistæ, nihil est
quod timeamus? Recte, si uacet fide timor,
impius fuerit. Porro, qui cum fide coniun-
ctus est, is non est misericordiæ ignorantia.
Sed cum Iob inquit, Verebar oīa opa mea.
Sancti timent ppter opera sua. Fidunt autē
misericordia dei, hypōcritæ fidunt opibus.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Misericordiam dei ignorāt. Immo & timorē dei ignorant. Sicut dixit propheta. Timor dei non est corā oculis eorum. Id quod adparet in hypocrita apud Lucā. xviii. Doccebit autem scripturæ usus collationem timoris & fidei. Nunc hoc monuisse satis sit, Timorem ad opera nostra, fidē ad misericordiam dei referri debere. Sancti timoris fides auctor est. Qui metus fiducia bonitatis dei uacat, is impius sit, necesse est.

Quod ex Ecclesiaste citat. viij. Nescit homo, utrū amore aut odio dignus sit, sed oīa in futurū seruantur, non efficit ignorare hominē, condonarī ne noxam deus, an cōtra. Alioq̄ hoc etiā inde effecero ignorari, irascatur ne peccato deus, an contra. Neq̄ satis de mirari possum hoc loco uersutiā Satenæ, quō hac sententia scripturæ abusum, uideo mirifice, nō fidem modo, sed & timorē ex hominum pectorib⁹ excussisse. Quid aliud *κυβείαν & παρουσίαν ως δε την μεσοδείαν της πλαγκς* uocat Paul⁹, si nō Parisiensem Theologiam, quæ tam callide scripturam euertit. Hoc in uniuersum agit eo libro Solomon, non esse humanis argumentis iudicandum de iudiciis Dei, adeoq̄ impia philosophiæ

PER PHILIP. MELANCH.

calumnias aduersus iudicia dei refutat. At
 q̄ utinam pro pestilēte philosophia hic liber
 iuuenti exhibereſ discendus, quo corda in
 firma fide ac timore dei stabilirentur. Nunc
 philosophica impietate, impiis poetarum ac
 oratorum sententiis nature impietas excita
 tur, q̄ modis omnibus uerbo dei premia
 & reuellenda erat. Sic ergo Solomon. Sūt
 iusti sunt sapientes, sed nihil est, quod uel iu
 sticia, uel sapientia fidere possint. Nam eorū
 opera sunt in manu dei. Ecce quam magni
 fice uno uersu, & timorē & fidem docuerit
 Solomon, cum uetat fidere iusticia, aut sapi
 entia nostra. Rursum, cum in manu dei sint
 opera iustorum & sapientum, præcipit illo
 fidere qui in potestate sua habet spiritum sa
 pientum ac iustorum. Post sequitur. Sunt q̄
 diliguntur a Deo, sunt quos auersatur De
 us, sed ex facie ab homine cognosci nō pos
 sunt, sed om̄ia seruantur in futurum. Id est,
 ratio humana iudicat deo acceptos esse, q̄s
 donis suis, opulentia, sapientia, iustitia, glo
 ria cumulat. Rursum inuisos esse deo, qui
 bus illa desunt. Atqui falso iudicat ad eū mo
 dum ratio. Diligit enim uel maxime inopes
 illos, calamitosos, uiles, abiectos.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Odit uel maxime q̄s imodice cumulare so-
 let. Vtriusq; exemplum in filiis Israel & Pha-
 raone habes. Hoc igitur agit, non posse dis-
 cerni inter pios & impios ab externis euen-
 tibus, quemadmodū humana ratio iudicat.
 Nā si de suā cuiusq; conscientiae iudicio So-
 lomonem interpreteris, nō uideo qui igno-
 ret peccator odium dei, cum nihil sit certius
 q̄ offendi deū peccato. Deinde ut maxime
 donem⁹ Solomonē de iudicio conscientiae
 sanctorū accipi debere, hoc tantū effeceris,
 sanctos nondū esse securos, nisi q̄tenus cre-
 dunt. Iuxta illud Ro. viij. Spe salui facti su-
 mus. Immo fides plane sola, sanctorū securi-
 tas est. Sed ut fide misericordiam norunt, ita
 fideli timore se diuinę uoluntati iudicandos
 ac dānandos p̄mittunt, ut dent gloriā deo.
 Sic enī precamur, Fiat uoluntas tua. Exem-
 plū Dauidis habes. ij. Reg. xv. Si inuenero
 gratiā in oculis dñi, reducet me & ostendet
 mihi eam, & tabernaculum suū. Si autē dixe-
 rit mihi nō places, præsto sum. Faciat quod
 bonū est in oculis suis. Non potest. n. a fide
 timor separari. Fides misericordiam dei fo-
 lam intuetur. Timor iudicium dei, & opera
 nostra. Sic Paulus ad Ro. xij. Tu fide stas, ne

PER PHILIP. MELANCH

efferatis animo, sed timeas. Item, cū in eo, sit
 totus ille Solomonis liber, ut doceat, Carni
 nō esse iudicādū de diuinis consiliis, ut abdi
 cati a nobis & timeamus deū, & credam⁹ ei,
 non inepte opinor uideri potest hoc mone
 re, ignorari quos elegerit, quos reiecerit de
 us. & ne superbiant sancti, & ne desperent
 peccatores. Cæterū uerba Solomonis hæc
 sunt, quantū intelligo, Et dilectionem, & o
 dium ignorat oīs homo in facie eorum, eo q̄
 iuxta eueniant omnia iusto ac impio. Vnde
 satis adparet Solomonē, non de suę cuiuscq̄
 conscientię iudicio, sed de ratione discernē
 di pios ab impiis extrinsecus, & ab aliis, loq̄
 Quod in latinis legi omnia in futurū seruā
 tur, additū uidetur ab interprete declarandi
 gratia. Nec in hebræis, qđ sciam, nec in græ
 cis codicibus extat. Sed hæc longiorē alicu
 bi disputationē desiderant, Certissima sentē
 tia esto oportere nos certissimos semp esse,
 de remissioē peccati, de beneuolentiā dei er
 ga nos qui iustificati sum⁹. Ideoq̄ sacramēta
 seu signa misericordię dei, p̄missionib⁹ sunt
 addita, ut postea dicā, quæ certissime testarē
 tur nobis contigisse beneuolentiā dei, ut cer
 tus est fœnerator, se ab eo pecuniā adceptur

HYPOTYPOSES THEOLOG:

rum, cuius consignatū *αὐτοῦ ἡσάφου* ea de re habet. Ita ut certi sint Christiani condonari sibi peccata, signa, baptismus, & participatio mensæ dñi, pmissionibus *αὐτοῦ ἡσάφου* Chri sunt addita. Et norunt qd eisdem sancti certissime, se esse in gratia, sibi condonata esse peccata. Non, n. fallit deus, qui pollicitus est se condonaturū peccata credētibus, tametsi incerti sint, an perseueraturi sint.

Hacten^o dixi, oportere certos esse nos de benevolentia dei erga nos. Quid autem de operibus dei ī nobis ipsis, scire ne possum^o, an spiritū Dei cōceperimus in pectore nō^o? Respōdeo, fructus spiritus sancti testantur nobis, q̄ ī pectore nō^o uersetur. ad Cala. v. Qui Chri sunt, carnē crucifixerunt &c. Sentit autē quisq̄, uere ne & ab animo oderit & abominet peccatū, Nā id est crucifigere carnē. Sentit quisq̄, num timeat deū, nū credat deo. Emula qdē hypocrisis ē spiritus dei sed tentatio discernit, ubi soli fideles pdurant. Iā & ne potest qdem odisse uicia hypocrisis. Qualis autē uidere tibi uide omniū primū, ut credas. Vult enī gloriā ueritatis sibi deus tribui. Conferam^o autē totā hanc disputationē de lege, Euāgelio, ac fide, in aliquod capita.

PER PHILIP. MELANCH.

- 1 Lex doctrina est, quæ facienda, & omit-
tenda præscribit.
- 2 Euangelium est promissio gratiæ dei.
- 3 Lex impossibilia exigit, Amorem dei, ac
proximi, ad Roma. viij.
- 4 Qui legem, per vires naturæ seu liberi ar-
bitrii exprimere conantur, externa tantum
opera simulant, adfectus quos exigit lex nõ
exprimunt.
- 5 Legi igitur non satis faciunt, sed sunt hy-
pocritæ, sepulchra extrinsecus dealbata, ut
Christus uocat. Et ad Galat. iij. Qui ex ope-
ribus legis sunt, sub maledicto sunt.
- 6 Ergo non est legis opus, iustificare.
- 7 Sed legis proprium opus est, ostendere
peccatum, adeoq; confundere conscientiam.
Ad Roma. iij. Per legem cognitio peccati.
- 8 Conscientiæ agnoscenti, peccatum, & cõ-
fusi per legem, Euangelium ostendit Chri-
stum.
- 9 Sic Iohannes cum poenitentiã prædicat,
simul ostendit Christum. Ecce agnus dei, q
tollit peccata mundi. Iohan. i.
- 10 Fides, qua credit Euangelio ostendenti
Christum, qua Christus accipitur pro eo q
placarit patrem, per quem gratia donetur,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

est iustitia nostra. Iohā. i. Quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri.

11 Siquidem ea sola fides iustificat, meritorum nostrorum, operum nostrorum, nullus plane respectus est, sed solorum meritorum Christi.

12 Ea fides pacificat cor, & exhilarat. ad Roma. v. Iustificati per fidem pacem habemus.

13 Facitque ut pro tanto beneficio, pro condonato peccato propter Christum, redametur deus. Adeoque amor dei fructus fidei est.

14 Eadem fides facit, ut pudeat offendisse tam benignum, tam liberalem patrem.

15 Adeoque facit, ut abominemur carnem nostram cum concupiscentiis suis.

16 Humana ratio nec timet deum, nec credit ei, sed est prorsus ignorans dei, & contemptrix, iuxta psal. Dixit insipientes in corde suo non est deus. Et Lucę. xvi. Si mosem & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Vbi significat Christus

cor humanum non credere verbo dei. Hanc humani cordis amentiam Solomō in toto Ecclesiaste insectatus est, ut cap. viij. Quia non proferunt cito contra malos sententiam, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.

17 Quia cor humanum prorsus est igno-

PER PHILIP. MELANCH.

rans dei ideo ad sua consilia, & ad suas cupiditates deflectit, & sese sibi pro deo erigit.

18 Quom cor humanū deus per legem sensu peccati confundit, nondū nouit deum, nē pe bonitatē eius nō cognoscit, ideo odit uelut carnificem.

19 Quom cor humanū deus per Euangelium ostenso Christo Erigit & cōsolat, tum demum id cognoscit deum, nam & potentiam, & bonitatē eius cognoscit. Hoc est q̄ Hieremias dixit, In hoc glōriet̄, q̄ nouit me

20 Qui Euangelio crediderit, adeoq; bonitatem dei cognorit, eius cor iam erigitur, ut & fidat deo, & timeat deum, adeoq; ut humani cordis consilia abominetur.

21 Aptissime ergo dixit in Actis Petrus, Fide purificari corda.

22 Misericordia ostenditur, p̄missionibus.

23 Alias corporalia, alias spiritalia promittuntur.

24 In lege res corporales, ut terra Cananea, regnum &c. promissæ sunt.

25 Euangeliū est promissio gratiæ, seu cōdonatio peccatorum per Christum.

26 Promissiones corporales omnes pendunt ex promissione Christi.

HYPOTYPOSES THEOLOG'

27 Nam prima promissio, fuit gratiæ seu Christi promissio. Gen. iij. Semen eius, conteret caput tuum, id est, semen Heuæ conteret regnum serpentis insidiantis calcaneo nostro, id est, peccatum & mortem.

28 Ea in promissione Abrahe facta inouata est. In semine tuo benedicent oēs gentes.

29 Proinpe cū nasci ex Abrahami posteritate Christū oportuerit, promissiones quæ legi additæ sunt, de possessiōe terræ &c. promissiones obscuræ uēturi Christi sunt. Nā corporalia illa ideo populo pmissa sunt, ne interiret, dum promissum semē nasceretur. & ut interim, corporalib, rebus indicaret deus misericordiā suā & populi fidē exercent.

30 Christo nato, pmissiones una cū populo cōsumatæ sunt, & remissio peccati palā facta est, propter q̄ oportuit Christū nasci,

31 Promissiones ueteris testamēti indicia sunt uenturi Christi, adeoq; promissiois gratiæ olim uulgandæ. Euangelium ipsa gratiæ promissio est iam palam facta.

32 Sicut nō nouit deum, qui esse tantū nouit, nisi & potentiā eius norit & misericordiam. Ita nec credit, qui esse deum tantum credit, nisi & potentiæ credat & misericordiæ,

33 Credit igit̄ uere, q̄ p̄ter minas, etiā Euā-
gelio credit, q̄ uultū i misericordiam dei seu
Ch̄m pignus misericordiæ diuinę defigit.

Hactenus de fide, de caritate paulo post,
quædā adiectiemus, ubi absoluerimus hęc
de discrimine legis & Euangelii partem.

**DE DISCRIMINE VETERIS
ac noui testamēti.** Itē de abrogatione legis.

Ex iis quæ lege ac Euāgelio, deniq; legis
& Euāgelii officio dixim⁹, colligi facile pos-
test, qd̄ inter sit inter uetus testamētū ac nou-
um. Quā in re nō aliter, atq; in discrimine
legis ac euāgelii misere laborant scholæ, cū
uetus testamētū uocāt, legē quandā, quę ex-
terna tantū opera exigat. Nouū, legē, quæ
p̄ter externa opa etiā adfectus exigat. Quo
fit ut obscuret gratiæ maiestas & āplitudo,
q̄ oportuit uelut in illustri positam loco un-
diq; om̄ibus conspicuam ostendi, & uel so-
lam prædicari. Nos rem paucis absoluem⁹.
Quid lex sit, quid Euangelii ex superioribus
pete. In usu uocum hic laboratur.

Qui uetus testamētū simpliciter id qd̄ le-
gē uocant, consuetudinē loquendi, ut mihi
uidet̄, magis q̄ rōnem sequunt̄. & noīe testa-
mēti cōiter p̄ cōstitutiōe seu instituto utūt̄.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Ego uetus testamentū uoco p̄missionem rerū corporaliū, coniunctam cū exactiōe legis. Nam & per legem exigit iusticiam deus, & mercedem illius pollicet, Chananeā terrā, opes &c. ut ex Deuteronomio adparet cap. xxxix. uos statis hodie cūcti coram dño deo uestro, principes uestri & tribus, ac maiores natu, atq; doctores, oīs populus Israel, liberi & uxores uestre, & aduenæ q̄ tecū morant̄ in castris, exceptis lixis, ut transeas in fœdere dñi dei tui, & in iureiurando q̄ hodie dñs percutit tecū, ut suscitet te sibi in populū, & ip̄e sit domin⁹ tuus, sicut locutus est tibi &c. Contra nouū testamentū, nō aliter est, nisi bonorū omniū p̄missio citra legem, nullo iusticiarū nostrarū respectu. Veteri testamēto p̄mittebant̄ bona, sed simul exigebat̄ a populo legis impletio. Nouo, p̄mittuntur bona citra cōditionē, cum nihil a nobis uicissim exigat̄. Atq; hic uides quē sit amplitudo gratiæ, quæ sit misericordiæ diuinæ prodigalitas. Breviter quæ sit Euangelii gloriā, cum gratis, nullo nostræ iusticiæ, nostrorū operū respectu salutē donat. An non exclamet de tanta profusione gratiæ pectus humanum? Quis credat huic auditui, Atq;

hoc discrimen ueteris ac noui testamēti Hie-
remias cap. xxxi. indicat. Quod ut cognos-
sci certius possit de abrogatiōe legis differen-
dum est.

Et cum legis tres partes sint, exequamur
quatenus singulæ sint abrogatæ, præsertim
cum nō uideantur eodem antiquatę modo.
Et consensus scriptorum obtinuit iudicia/
lia & ceremonialia exoleuisse, Moralia noua
ta esse, Nos de moralibus primū dicemus.

Esse antiquatam nouo testamēto partē
legis quam decalogū, seu præcepta moralia
uocant. Primū hoc probat, quod ex Hiere-
mia relatum est in Epistolam ad Hebræos,
ubi causat propheta, ideo abrogandā esse le-
gem diuinā, q̄ irritam fecerit populus. Nō
aut in ceremonias tm̄ peccauit Israel, sed in
decalogum sumam potius legis partē, ut uo-
cat Christus in Euangelio. Itē cum prophe-
ta nouum pactum appellat Euangeliū, anti-
quari sentit uetus, ut auct̄ or Epistolę ad He-
bræos argumentat̄, dicens, nouū ueterauit
prius. Ad Hebræ. viij. & ad Thimoth. i. Ius-
to nō est lex posita. Hoc genus multa sunt,
& in Romanis & in Galatis, libertatis testi-
monia, Quis enim ignorat uulgatā ex Ga-

HIPOTIPOSES THEOLOG.

latis sententiā: Liberi estis, ueruntū ne detis libertatē occasionem carni. Immo & uilissīma fuerit libertas Chřiana, & plus q̄ seruit^o, si solas ceremonias tollat, partē legis omniū facillime ferendā. Quis enī nō pec^o mactet, minore negotio, q̄ irā, amorī, aut similibus cupiditatibus imperet. **Necesse est itaq; fateari decalogum etiam antiquatum esse.**

Licebit igit̄ quiduis, necare infantes, perierare &c. Eadē questio apud Paulū est **Ro. vi.** cū inquit, Siqdem non sumus sub lege, peccabim^o ergo? Est aut̄ libertas in eo, q̄ ius omne legi ereptū est adcusandi, ac damnandi nos. Maledicit lex eos q̄ non uniuersam legē semel absoluerint. At uniuersa lex nōne summū amorē erga deū, uehementissimum metū dei exigit: a q̄bus cū tota natura sit alienissima, ut maxīme pulcherrimū pharisaismum prāstemus, maledictionis tamē rei sum^o. Eā maledictionē legis, id ius legis sustulit Christus. ut quaq̄ peccaueris quaq̄ iam nūc peccatū habeas, est enim utendum sermoni scripturæ, tamē saluus es. Vīm mortis, uīm peccati, portas iferi Sanso noster efregit. Hoc illud ē quod ad Galatas Paulus scribit. Christus nos redemit de maledicto

PER PHILIP. MELANCH.

legis, factus p̄ nobis maledictum. Item, Vbi
 uenit plenitudo temporis, misit deus filium
 suū, factū ex muliere, factū sub lege, ut eos, q̄
 sub lege erant, redimeret Et Roma. vi. Pec-
 catum uobis nō dominabitur. Non enī sub
 lege estis, sed sub gratia. Atq; hæc securitas
 est, quam adeo pleno ore, nusquam non ce-
 lebrant prophetae. nulla non potentia legis
 superiores esse eos, qui sunt in Ch̄o, hoc ē,
 tametsi peccaris, tametsi habeas peccatum,
 damnari nō posse. Iuxta illud, Absorpta est
 mors in uictoria, ubi est mors uictoria tua?
 &c. Hæc inculcari Christianis debebant cū
 semper alias, tum maxime morituris, quib⁹
 hæc una anchora reliqua est, uere sacra, ut p̄
 uerbio dici solet. Atq; hæc libertas est, quā
 fere ubiq; Paulus predicat. Ceremonias uix
 uno atq; altero loco attingit. Nec aliud ē no-
 uum testamentum, nisi huius libertatis pro-
 mulgatio. Id quod adposite secūdo psalmo
 significauit p̄pheta. Ego constitui regē me-
 um super Zion montē sanctum. Hic pater
 inquit se regem designaturum mōti Zion,
 post quale regnum sit futurum aperit, nem-
 pe ubi uerbo suo deus non humanis uirib⁹
 aut mundi potentia regnet.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Ideo subiicit. Prædicabo mandatū, Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Quæ hæc noua prædicatio erit? An non ante uerbum dei prædicatum est in monte Zion, nempe lex? Ea uero nunc noua prædicatiōe abrogatur, ubi de filio Chriſto sermo inſtituit, Quod si nō aliud prædicatur, nisi filiū esse Chriſtū, cōſequitur legis iuſticiam, opera non exigī, nec aliud præcipi, q̄ ut filiū illum ex osculemur. Id quod paulo post apertius dicit. Beati omnes qui fidunt eo. nō ſeruabit uos iuſticia ueſtra, nō ſeruabit uos ſapiētia ueſtra, ſed hic filius ſeruabit, rex ueſter, ppugnaculum ueſtrum &c. Sunt huiusmodi multa in ſcripturis, quæ hanc nobis libertatem cōmendēt. Nam quid in uniuerſum aliud eſt Euangelium, niſi huius libertatis præconiū. Poſtremo libertas ē Chriſtianismus, quia, qui ſpiritum Chriſti nō habent, legem facere neuitiquam poſſunt, ſuntq; maledictionū legis rei. Qui ſpiritu Chriſti innouati ſunt, ii iam ſua ſponte, etiam nō præeunte lege, ſerunt ad ea quæ lex iubebat. Voluntas dei lex eſt. Nec aliud ſpiritus ſanctus ē, niſi uoluntas dei uoluntas, & agitario. quare ubi ſpiritu dei, qui uoluntas dei eſt, regenerati ſumus, iam

PER PHILIP. MELANCH.

id ipsum uolumus sponte, qđ exigebat lex.
 In hanc sententiam dictū est a Paulo, Iusto
 nō esse legem positā. Et ad Roma. viij. Lex
 spiritus uitæ, id est, lex motio spiritus uiuifi-
 cantis, liberauit me a lege peccati & mortis.
 Et libertatem Christianā Augustinus ad eū
 modum copiose tractat, in libro de spiritu
 & litera. Et Hieremi. xxxi. Ecce dies ueni-
 ent, dicit dñs, & feriam domui Israel, & do-
 mui Iuda fœdus nouum. Nō secundum pa-
 ctum, qđ pepigi cum patrib⁹ uestris, in die
 qua adprehendi manum eorū, ut educerem
 eos de terra Egipti, pactum, qđ irritum fece-
 runt & succēsi eis dicit dominus. Sed hoc
 erit pactum, qđ feriam cū domo Israel. Post
 dies illos dicit dominus, Dabo legem meā
 in uisceribus eorū, & in corde eorū scribam
 eam, & ero eis in deum & ipsi erunt mihi in
 populum. Et nō docebit ultra uir proximū
 suū, & uir fratrem suū dicens, cognosce do-
 minū. Omnes enim cognoscent me a minū-
 mo eorū usq; ad maximū, ait domin⁹, Quia
 propiciabor iniquitati eorū, & peccati eorū
 nō recordabor ampli⁹. Quo in loco duplex
 pactū cōmemorat propheta, uetus, ac nouū,
 uetus, iustificatione per legem, dicit irritum

HYPOTYPOSES THEOLOG.

factū esse. Quis enim legem exprimere potuit: propterea sublata exactiōe, iam legē cordibus inscribēdā esse, ut exprimi possit. Ergo libertas est, non ne faciamus legē, sed sponte ab animo, uelle ac cupere, qd' lex poscit. Id qd' antea nemo potuit. Idem Ezech. xi. Auferam cor lapideum de carne eorū, & dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciāt q̄ ea & sint mihi in populum.

Habes quatenus a decalogo liberi sumus. Primū, q̄ tametsi peccatores, damnare non possit, eos q̄ in Christo sunt. Deinde q̄ qui sunt in Chrō, spiritu trahuntur ad legē faciendā, & spiritu faciunt, amant, timent deū, proximi necessitatib; se accōmodant, atq̄ ea ipsa cupiunt, quę lex præcipiebat, facturi, etiā si nulla esset lex lata. Nec aliter est eorū uoluntas, nempe spiritus, quam uiua lex.

Ad eum modū fuerunt liberi etiā patres añ Christi incarnationē, quotq̄ spiritū Chrī habuere. Id quod uidit Petrus in Actis capi. xv. cum negant eos potuisse legē facere. Ne q̄ nos, inquit, necq̄ patres nostri portare potuimus. Sed fide iustificati sunt. Id est, cū non possent præstare legē patres, agnouerūt

PER PHILIP. MELANCH.

se quoque liberos esse per Ch̄m, suntque fide i
Ch̄m iustificati, non operum, non iusticia/
rum suarū meritis. Nō em̄ eo loco in Actis
de ceremoniis tantū Petrus loquitur, sed de
tota lege. Nam lex ceremoniarū, ni prestes
decalogū, prestari neutiq̄ potest. Non enim
fiunt ceremonie coram deo, nisi fidei spon
taneo corde fiant. Et Petrus nō hoc agebat,
non posse externa opera ceremoniarū fieri.
Quid enim facilius est, quam pauculis a deo
ceremoniis defungi, Nam si numeres quan
to plus rituum papisticorum hodie in Ecclē
sia est, quam in Mose uideas. Et Mosaicas
ceremonias in uniuersum pauculis uersibus
complecti queas, cum papisticis tam magna
decretorum & decretalium uolumina non
satis sint. Quam dissimiles Romani ponti
fices Petri sunt, quo præcessore gloriantur.
Ille iure diuino traditas, easque pauculas cere
monias abrogauit. hi nullo non seculo no
uas & stultas commenti sunt. Non igitur de
ceremoniis tantū uideri potest i Actis egis
se Petrus, sed de tota lege.

In Romanis de hac libertate latius disput
tat Apostolus cap. vi. vii. viii. docens nouū
tantum hominem liberum esse.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Proinde, quatenus spiritu nouati sumus, ea-
 tenus liberi sumus, quatenus caro & uetustas
 sumus, sub lege sumus. Quanquā credentibus,
 quod reliquum est uetustatis propter fidem
 cōdonetur. In summa, quatenus credimus,
 liberi sumus, quatenus diffidimus sub lege
 sumus. In Antilatomo copiose disputauit
 Lutherus de peccatis sanctorum, seu de reli-
 quis uetustatis in regeneratis ut mihi ea de
 re nō sit necesse multis agere. Præsertim cū
 tam clare dicat Paulus se adhuc captiuū esse
 peccati. Idē nō uno loco Augustinus, & Ci-
 prianus. Nam iustificari hīc cœpimus, non-
 dū absoluius iustificationē. Sic Paulus sub
 inde iubet reformari nos nouitate sensus no-
 stri. Et ad Philippenses ait se nondum acce-
 pisse, nondū perfectum esse, sed sequi ut cō-
 prehendat. Ergo cum delis abrogatione di-
 sputatur, hoc potius agendum erat, quatenus
 decalogū antiquarit Euāgeliū, quā, ut ceremo-
 niæ, ut iudicialia sublata sint. Nā ex decalo-
 gi abrogatione, gratiæ amplitudo uel proxi-
 me cogosci potest, cū cirra legis exactio-
 nem, nullo respectu operū nostrorum salua-
 ri credētes arguit. Ergo abrogata lex est nō
 ut ne fiat, sed ut & non facta, nō damnet, &

PER PHILIP. MELANCH.

fieri possit. De iudicialibus ac ceremoniis, uti
nam exactius differuissent, qui libertatē ad
ea sola retulerunt. Et in his accurate obser/
uandū est, id quod Paulus ait, Circumcisio/
nem nihil esse. Et in Galatis, In Christo Iesu
neq; circumcisionem, neq; preputiū, sed no/
uam creaturam ualere. item illud, quod ad
Corinthios scribit. Domini est terra & ple/
nitudo eius. Quæ libertatem Christianam
hanc esse pbant, ut uel uti huiusmodi rebus
externis, uel non uti possis. Sic alium Paul^o
circumcidit, alium non circumcidit. Alius at
temperauit se iis, q̄ ritus Iudaicos obserua/
bant, alias refragabatur. Eadem nobis liber/
tas esto. Non peccant, neq; qui circumcidū/
tur, neq; qui intermittunt circumcisionem.
Durius igit̄ est quod Hieronymus cōfixit,
de antiquatis ceremoniis. Atqui hunc ho/
die fere sequuntur. Sed hi peccant, q̄ neces/
sariam putant esse circumcisioē, qui in hoc
circumciduntur, ut iustificentur, ut bonū o/
pus faciant. Rursum peccant & q̄ intermit/
tunt circumcisionem in hoc ut iustificētur.
Tam errat Hieronymus uetans circumcisi/
onem, quam errabant Iudæi, sic ubi require/
bant circumcisionem. Tam errauerint, si q̄s
N iij

HYPOTYPOSES THEOLOG.

præcipiat, suillam carnem edere, quam errauerit, si quis uetet. Atq; hæc Paulo ratio fuit. Circumcidere Titum noluit, cum uideret exigi a Iudæis circumcisionē, adeoq; obscurari doctrinā fidei, cum circumcisioni, nō fidei iustificationē tribuerent. Idem seruandū est in moralibus operibus, ut sicut nō in hoc edis, aut bibis, ut iustificeris, ita nec in hoc largiare eleemosynen, ut iustificeris. Sed ut in hoc edis ac bibis, ut necessitati corporis seruias, ita in hoc largiare eleemosynē, diligas fratrem &c. ut communi necessitati seruias, in hoc libidinē coherceas, ut corpus sit obnoxium spiritui &c. Quam nō iustificat edere, bibere, dormire, stare, sedere, tam non iustificat non modo circumcisio, sed & moralia illa. castitas, seruire fratrum necessitatibus & similia. Sola, n. fides iustificat, iuxta illud Iustus ex fide uiuet. Porro hæc in moralibus libertas, q̄ est necessaria cognitu, tā obscura est, nec nisi a spiritualibus intelligi potest.

Valeat, igitur quod diximus, nō esse iudicialia aut ceremonias ita sublatas, ut peccet, si quis ex illis quidpiā usurpet. Sed q̄a Christianism⁹ libertas quædam est, uti illis, uel nō uti penes nos est, non aliter atq; edere aut

bibere penes nos est. Cæterū optarim etiam
uti Chriianos ea forma iudiciorū quam Mo
ses pdidit. Item plerisq; ceremoniis. Præsta
ret enim, quandoquidem iudiciis carere ne
cessitas hu^o uitæ non potest, nec, ut opinor,
ceremoniis, uti Mosaicis illis, q̄ tum gentili
bus legibus, tum papisticis ceremoniis.

Et ut propius ad rem accedamus una ea
demq; causa est, cur uniuersa lex abrogata
sit, nō ceremoniæ tm̄ & iudiciorum formæ,
sed & decalogus, quod præstari nō potuerit
Hanc abrogandæ legis causam prodidit &
Petrus in Actis, & Hieremias cum ideo no
uum pactum iniri docet, q̄ uetus illud irritū
fecerimus. Atq; eo loco nullam legis partē
excipit, ut satis adpareat eum de tota lege lo
qui. Est autem in iis antiquata tantum, qui
pacto posteriori, hoc est, Evangelio credide
runt, adeoq; i quibus spiritus Christi est, hi
prorsus ab omni lege liberi sunt.

Quod autem decalogum faciunt sancti,
hoc in causa est, & quod decalogus præter
cordis iusticiam non exigit certa locorum,
temporum, rerum, personarum, discrimina
et spiritus ipsa cordis iustificatio sit. Non po
test non præstari decalogus abrogata lege.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

ut sub exortū solis nequit fieri, quin illucescat, ita non potest nō præstari decalogus effuso in corda sanctorū spiritu. Cæterum spiritalis sic liber est, ut nisi adferret ipse secū spiritus pro sua natura decalogi impletionē, ne deberemus quidem. Nunc cū adfert spiritus eiusmodi uoluntatem, quæ sit ipsa decalogi impletio, fit lex, nō quæ exigatur, sed quia ne potest quidē a spiritali diuersum fieri.

Iudicialia & ceremoniæ præter cordis iustitiam externæ obseruationes sunt, rebus, personis, locis, temporibus circumscriptæ. Quas obseruationes quæ non necessario secū spiritus adfert, ideo non est cur a nobis fiāt. Esse nō potest in humano corde spiritus dei quin exprimat decalogum. Fit igitur necessario decalogus. Esse potest spiritus in humano corde, etiā sine externis illis obseruationibus. Non igitur fiunt necessario iudicialia & ceremoniæ. Hinc adparet, cur decalogus fere negatiuas leges contineat, ut significet nullū certū opus, circumscriptū personis, locis, tēporib⁹, sed potius cordis iustitiam exigi. Reliquæ leges res externas distribuūt ac dispensant. Sed hanc libertatis rationē relinq̄ meditando sublimiorib⁹ spiritibus. Ego cō

PER PHILIP. MELANCH.

tentus sum monuisse decalogū antiquatum esse, nō ut ne fiat, sed ut ne damnet, si qd deliquim⁹, deinde ut & exprimi possit. A deo q̄ libertas hæc conscientiā est, fide sentientis condonari peccatum.

Ceremonias esse abrogatas fere ideo iudicant, q̄ umbræ Euāgelii fuerint, q̄bus cum corp⁹, hoc est, ipsum Euangeliū nūc extet, nihil opus sit. Quā causam haud scio an usquā secutus sit Paulus in Coloss. inquit, Ne mo uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorū, quæ sunt umbræ futurorū, corpus autē Christi. Quo in loco typi rationē caussat⁹ uideri fortasse potest. Certe in Galatis ideo ceremonias reiecit, q̄ nō iustificent. Idem in Hebræis agitur per totam Epistolā, non ceremonias modo, sed totā legē ideo antiquari, q̄ iustificare nō potuerit, seu ut supra diximus, q̄ exprimi nō potuerit. Sic. n. ca. vii. scribit. Reprobatio quidem precedentis mandati propter infirmitatē ei⁹ & inutilitatē. Et ubi de sacerdote late disseruit, hoc constituit. Ideo sacerdotiū Leviticū antiquari, q̄ remissionē peccati non impetrarit. Impetret autē noster pontifex Christus. Vides unā hanc abrogatæ le

HYPOTYPOSES THEOLOG.

gis causam in scripturis premi, ac urgeri, legem ideo antiquari, quod non iustificarit, seu quod exprimi non poterit. Scholae ceremonias tollunt solas, quod Euangelij typifuerint. Decalogus manet quod τοπικός non uideat. Sed quod hoc ad gratiae commendationem. Scriptura sic de abrogatione legis differit, ut ubique nobis in ea gratiae amplitudinem commendat. Sic ceremonias tollit ut uniuersam legem adpareat sublatam. Sic ceremonias reiicit, ut adpareat propter decalogum abrogandum abrogari ceremonias. Quae commendatio gratiae & sola & summa est. Sic ergo ceremoniae sublatae sunt, non ne fiant, sed quod nullo conscientiae periculo aut fieri aut omitti possint, quod non damnent intermissae, nec iustificent si feceris. Haec satis sit indicasse, quorum rationem ex Galatarum Epistola, & ex Hebraeis poetas. Augustinus alibi causam abrogatae legis inquirens, nihil praeter figuras causat. Scriptura ideo legem abrogat, quod non iustificet. Quid igitur erat cur ferretur lex? ut ostenderet peccatum, seu ut peccati coargueret, & palam fieret opus esse nobis misericordia Dei.

De formis iudiciorum sic sentio, Eas quod antiquitas esse, quod externae observationes sint

PER PHILIP. MELANCH.

nō aliter atq; ceremoniæ q̄b⁹ liber spūs uel
 uti, uel nō uti possit. Cōtendere iudicio chr̄i
 anis nō licet, sed ea nō est abrogandæ legis
 causa. Nā ut peccent q̄ litigāt, necesse est tñ
 leges & iudicia esse, q̄b⁹ coercean̄ flagiti-
 osi. Nec peccant q̄ iudicia exercēt, seu ius di-
 cunt. Nec i hoc lata Mosi lex est, ut litigādi
 materia ciuib⁹ ēet, sed ut iudicandi formula
 magistratui esset. Nō in hoc igiē disputandū
 est, Mosi icne, an quis legi uti possit q̄ litiga-
 re uelit. Nō em̄ Christian⁹ est, q̄ litigat. Sed
 Mosaica ne lege sola uti debeat iudex Chri-
 stianus. Hic respondeo, penes iudicē esse, u-
 ti uel nō uti Mosi lege. Est em̄ rer̄ externa/
 rū dispositio quædā, quæ ad Christianismū
 nihil p̄tinet nō aliter, atque edere ac bibere.
 Paul⁹ tñ sapientē uirū & in quo sit Christi
 spiritus iudicē postulat, i. Corint. vi. An ne-
 scitis q̄ sancti de hoc mundo iudicabūt. Itē,
 A deo nō est inter uos sapiens q̄sq̄ q̄ possit
 iudicare &c. Quib⁹ locis adparet, eū non le-
 gem aliquā certā, sed spiritualis uiri iudiciū
 req̄rere. Alias etiā gladiū gentiū probat, de
 quo postea dicemus, uocatq; dei ordinatio-
 nem. Porro gladij potissima pars leges
 sunt, Atquæ ita uisunt gentium gladio,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

& gentiū legibus Naaman Syrus, Nabugodonosor, & si qui alii ex gentibus p̄i principes fuerunt. Et haud scio an gesserint etiā Daniel, & alii Israelitæ inter Assyrios. Certe gentiū gladiū gessit Romanū p̄sidium Iudææ impositum. Et probauit Iohānes Luca. iij. Neminem concutiatis, neq; calumniā faciatis, & contenti estote stipendiis uestris. Talis & Cornelius fuit Actor. x. talis fuit et Procos. Sergi⁹ Actor. xiiij. Hęc ideo recensui, ut intelligat, ad iusticiam spirit⁹, nihil pertinere ciuile illam & externā rerū dispensationem, nō aliter atq; agrū fodere, aut ædificare, aut suere calceos nihil referūt iusticiæ spūs. esseq; penes Christianos uti uel nō uti formis iudicandi Mosaicis. Quāq; optarim pro gentilib⁹ & sæpe stultis legib⁹ Mosaicis recipi. Sumus. n. oleæ illi inserti. Et uerbū dei decebat præferre humanis cōstitutionibus. Nec hodie alius fere Romani illius iuris usus est, quā in litigando, ut habeant unde se alant rabulæ forenses.

Quatenus sit antiquata lex opinor, ex his cognosci posse, aliqua ex parte, quę dixim⁹. Certius em̄ usu scripturæ docebit spiritus. Neq; pōt nisi a sp̄itualib⁹ itelligi hęc libertas

PER PHILIP. MELANCH.

Dices aut si liberi sunt q̄ spiritū Christi habent, igit̄ & Dauid & Moses liberi erāt: ma-
xime. Nam hoc est quod ait Petr⁹, Neq̄ nos
neq̄ patres nostri portare potuimus, sed p̄
gratiam dñi nostri Iesu Christi credim⁹ sal-
uari, quēadmodū & illi. Hoc est, agnoverunt
patres omnia sua opera peccata esse, agno-
verunt se nō mereri salutem operibus suis ul-
lis, sed misericordia dei egere. Itaq̄ credide-
runt, suntq̄ misericordiæ fiducia seruati, &
concepto spiritu dei, senserunt se liberos ēe
a legis maledictione, adeoq̄ ab oī onere uel
exactiōe legis. Sed q̄ ceremonias nō omit-
tebant, in causa est q̄ nondū libertas reuela-
ta erat, nondū Euangeliū libertatis enulga-
tum erat. Quare legē tulere nihil grauati,
cum se fide iustificari sentirent. Vides etiam
nonnunq̄ libertatis priuilegio recte usos es-
se. ut. i. Regum. xxi. Dauid panes propositi-
onis edit quos edere fas non erat, nisi sacer-
doti. Et Dauid egregie de libertate præfat⁹
inquit, Viam quidem pollutam esse, sed san-
ctificari in uasis, hoc est, mundos esse se, q̄ fi-
deles essēt, & sanctificari omnia, uictū, ope-
ras &c. fide sanctorū. Nō aliē atq̄ Paul⁹ ait,
oīa mūda mūdis esse, coiūgnatis nihil mūdū.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Summa, Liberi sumus per fidē ab uniuersa lege, sed eadē fides, ille ipse spiritus Christi, quā concepimus, reliquias peccati in carne mortificat. Non quod exigat lex, sed quod illa ipsa sit spiritus natura, ut non possit non mortificare carnē. Hoc est quod ait Paulus, Nihil nūc dānationis est his qui sunt in Christo Iesu, id est, qui credunt, quia iam a legis maledicto redempti sunt. Sed illi idem non secundū carnem ambulāt, hoc est, quia in eis regnat spiritus, ideo carnis reliquiae crucifigunt. Et leges praescribunt fidelibus per quas spiritus mortificet carnē. Nondū em̄ consumata in nobis libertas est, sed uindictatur dum & augefcit spiritus, & necat̄ caro. Estq; decalogi usus in mortificanda carne. Ceremonialiū legū aut iudicialium non itē ita sit, ut decalogus opus sit fidelibus, reliquis legibus non itē. Sed ceremonias, & externas obseruationes pro arbitrio concipit spiritus.

DE VETERI AC NOVO

homine.

Dixi libertatē nondū consumatā esse, quod et sanctificatio nondū in nobis cōsumata sit. Coepim⁹ em̄ spiritu dei sanctificari, sanctificamurq; dum caro illa prorsus enecetur. Ita

PER PHILIP. MELANCH.

fit ut duplex sit sanctorum natura, spiritus & caro. Nouus homo & uetus. Interior homo & exterior. Caro, Non corpus tamen de designat, ut supra disputatum est, sed totum plane hominem *ψυχικόν* ut uocat Paulus, hoc est eum, qui naturalibus adfectibus & motibus obnoxius est. Idem quod caro, significant homo uetus, Item homo exterior. Estque caro, quid est humanorum adfectuum secundum naturam. Non modo esurire & sitire, sed & amare opes, gloriam, et huiusmodi alia. Planctusque caro sunt uirtutes philosophicæ, & conatus liberi arbitrii qualescunque. Rursum spiritus est, cum ipse spiritus sanctus, tum eius in nobis agitatio. Nouus homo, interior homo, spiritus sunt, quæ a spiritu sancto regenerati sunt. Ioan. iij. Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Sancti ergo sumus, quatenus spiritus sumus, quatenus nouati sumus. In carne, in ueteri homine, in exteriori homine adhuc peccatum est. Sic Apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem. Sophistæ Parisienses negant peccatum esse, concupiscentiam quæ in carne sanctorum est, sed infirmitatem. Hos satis copiose Lutherus in Antilatomo confutauit.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Et quid est clarius quam peccatū esse, quid
 quid aduersatur legi dei. Caro aduersus le-
 gem dei concupiscit. Quid est igitur cur pec-
 catum concupiscentiā non uocent? an non
 sua quærunt etiam sancti, an non in sanctis
 amor est, uitæ, gloriæ, securitatis, tranquilli-
 tatis, rerum? quæ quæ peccatum non uocant
 Parisienses, hoc in causa est, quæ adfectuū ra-
 tionem non habuerunt, sed externis factio-
 nibus peccari putauerunt. Radicē operū nō
 uident. Ita fit ut de fructibus inepte iudicent
 Quod tam bonū opus est, quo non suum a-
 liquid natura quærat? ut *κενοδοξία* amorem
 posueris, certe nondū poenarum metū po-
 suisti. Polluit ergo quantumuis bona opera
 caro. Iam si præterea nihil pecces, nonne fœ-
 distime & atrocissime delinquimus torpore
 seu ignauia spiritus. Flagrare amore dei, fi-
 ducia, pauere metu dei oportuit, quæ primo
 præcepto exiguntur, Quæ quis præstat? Fa-
 teamur igitur quod res est, esse in carne no-
 stra peccatū, Est quæ hæc misericordiæ dei glo-
 ria, quod credentibus peccatum condonat.
 Nec aliud est abrogatio legis, quam legi ad-
 eum modū ius esse ademptum per Christū,
 dānandi peccatores, Sunt qui tres hominis

PER PHILIP. MELANCH:

partes fecerunt, spiritum, animam, corpus.
Quod nō damno, modo pmittant mihi, qđ
res est, spiritum proprie nō naturæ partem
esse, sed agitationē diuinam. Corpus & ani/
mam, hoc est, naturā sine spiritu, non posse
non peccare, nec a peccato morales uirtutes
excusent. Paulus Apostolus ad Philippen/
ses, omnes iusticias suas p̄ damnis & sterco/
ribus habet, quas præeunte lege naturæ co/
natus expresserat. Quid est igit̄ cur naturæ
opera usq; adeo in iniuriā Euangelii, blas/
phemi sophistæ iactent. Nec enim amplitu/
dinē gratiæ quidq̄ adeo obscurat ut impia
illa moralium operū doctrina, gaudet Pau/
lus reperiri in Christo nō habens suā iustici/
am ex lege, sed eam quę per fidem est Chri/
quæ iusticia ex deo est. ex lege etiam meritū
ponunt Sophistæ in iusticia.

DE PECCATO MORTALI

& quotidiano.

Supra de peccato dictū est, ubi consulto
omissimus peccati formas tractare, mortale,
ut loquunt, & ueniale. Est enī mortale pec/
catū, omne opus hoīs, qui nō est in Christo,
q̄a male arboris nempe carnis, malus fruct⁹
est. Adfectus aut̄ carnis mors ē, ad Roma,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

viiij. Item adfectus carnis inimicitia est aduersus deū, Item, q̄ in carne sunt deo placere nō possunt. Quibꝫ locis necesse est, ut carnē interpretetis de tota hominis natura, adeoq̄ de præstantissimis naturæ uiribus, ut supra docuimus.

Immo nō alia pars hoīs magis caro est, q̄ suprema uis, ratio, q̄ in illa proprie sit ignorantia & contemptus dei, incredulitas & hoc genus fonticæ pestes, quarꝫ fructus & opa sunt, omnes functiones humane. Cōtra uenialia peccata sunt, oīa sanctorū opa, nempe, q̄ per misericordiam dei, credentibus cōdonent̄. Nonnunq̄ sanctus eripit deus spiritum, ita ut in manibus fra uicia plabantur, que uocent sane, me nihil refragāte peccata mortalia, modo sciant me mortalia ad eū modū adpellare quidq̄ sit ab iis qui spiritu dei carerent. Quondā fere crimina uocabantur, que Sophistæ nunc uocant peccata mortalia, facinora palam mala, Et quotidiana peccata quæ isti uenialia.

De lege ac Euāgelio, de ueteri ac nouo testamēto hæc que dixi puto regi potissimū, quæ ipse uideo a me tenuis, q̄ pro rei dignitate tractata esse, sed nolo Rabi uocari. Ab

PER PHILIP. MELANCH.

unde suppedabit scripturę usus, quod nos
preterimus. Satis esse putavi indicare, qd
potissimum in scriptura requireres. Requi-
res aut legem ac Euangeliũ. Lex peccatum
ostendit, ac conscientiam pauescit. Euãge-
lio peccatũ condonat, & exhibetur spiritus
q ad faciendam legẽ cor inflammet. Si testa-
menti nomẽ propius cõsideres, uetus testa-
mentum, τὸ πρῶτον noui testamenti, nõ testamẽ-
tũ fuerit, ut in quo nõ decesserit testator. No-
uo testamento decessit testator. Vetere pro
testatore typi gratia pecudes cedebant, que
testatoris mortem significabant. Sed hæc ar-
guitiora sunt, quam que huius commentariĩ
ratio admittat. Solet hic de litera & spiritu
disputari, de quibus malo uel Augustinum
uel Lutherum quã me consuli. Quanquam
supra etiam in legis ratione attigerim.

D E SIGNIS

Euangelium promissionẽ esse gratiæ di-
ximus. Porro promissionib⁹ proximus sig-
norum locus est. Adduntur. n. in scripturis
ceu sigilli uice, signa promissionibus, que cũ
admoneant promissionum, tum certa testi-
monia diuinæ uoluntatis sint erga nos, te-
stanturq; certo accepturos,

HYPOTYPOSES THEOLOG.
quod pollicitus est deus. In usu signorū fœ/
dissime erratur. Nam scholæ cum disputāt
quid intersit inter sacramenta ueteris ac no/
ui testamenti. In sacramētis ueteris testamē/
ti negant uim fuisse iustificandi. Noui sacra/
mentis tribuūt uim iustificandi, manifesto
nimirum errore. Sola enim fides iustificat.
Proinde quæ signorum natura sit, facillime
ex Pauli Romanis potest intelligi, ubi de cir/
cuncisione in capite quarto disserit ad hunc
modum. Abrahamū non esse iustificatū ex
circuncisione, sed ante circuncisionem, & ci/
tra circuncisionis meritū accepisse uero po/
stea circuncisionem σφραγὶς ἀδικαίωσ ὑμῶν hoc
est, sigillū, quo testaretur deus Abrahamū
esse iustum & quo innotesceret Abrahamo
se coram deo iustum esse, ne in ancipiti flu/
ctuans conscientia desperaret. Quem usum
si intelligas, quid potest signis lætius contin/
gere. Parum est q̄ admonent signa p̄missio/
num diuinarū. Hoc uero magnū est, q̄ cer/
tum testimonium diuinę uoluntatis erga te
sunt. Sic circuncisionem signū uocat Moses
Genesis, xvij. ut sit uobis in signum fœde/
ris inter me & uos. Quod signum circunci/
sio est, admonet p̄missionis diuinę Abra

PER PHILIP. MELANCH.

hamum, & omnes circumcisos. Quod fœde-
ris signum est circumcisio, hoc est, q̄ signifi-
cat ratum fore hoc fœdus, confirmat consci-
entiam Abrahæ ut nihil dubitet, quin eueni-
at, quod promissum est. Quin præstet deus
quod pollicitus est. At q̄d erat pollicitus A-
brahæ deus, nonne, se futurum Abrahæ de-
um, hoc est complecti se Abrahamum, iusti-
ficare, & seruire &c. Hæc, ita certa esse, ni-
hil dubitabat Abraham, circumcisioe, uelut
sigillo confirmatus.

Percurre si libet uniuersam scripturam, &
signorum rationē ex historiis sacris pete, nō
ab impiis Sophistis. Ezechiaē dominus uitā
Esaie oraculo prorogat. Eam p̄missionem,
ut ratam fore certo sciret rex, confirmat de-
us, adiecto signo, ut decem gradibus horo-
logii umbra reuocaretur. Gedeon ne quid
dubitaret futurum, ut suo ducto uindicare-
tur Israel in libertatem duobus signis confir-
matus est. Achazum Esaías increpat contē-
nentem signum diuinæ uoluntatis erga se.
Nam nec p̄missioni credebat. Et quid at-
titne multa querere, cum scriptura sit huius-
modi exemplorum plena. Ex quib⁹ qui sit
signorum usus credo disci posse. Nno iusti-

HYPOTYPOSES THEOLOG.

ficant signa, ut Apostolus ait, Circuncisio nihil est, ita baptisus nihil est, Participatio mensæ domini nihil est, sed testes sunt *ουρα* *σφραγιδες* diuinæ uoluntatis erga te. Quib⁹ conscientia tua certa reddatur, si de gratia, de beneuolentia dei erga se dubitet, Quam dubitare non potuit Ezechias, quin reualeret, cum & promissionē audisset, & signo uidisset confirmatā pmissionem. Quam nō potuit dubitare Gedeō, quin uicturus esset, cū tot signis confirmatus esset, tam dubitare tu nō debes, quin misericordiā consecutus sis, ubi Euangelium audieris, & Euangelii *σφραγιδας* acceperis baptisum, & corp⁹ dñi ac sanguinem. Vel sine signo restitui Ezechias potuit, si nudæ pmissioni credere uoluisset, uel sine signo Gedeon uicturus erat, si credidisset. Ita sine signo iustificari potes, modo credas. Adeo nō iustificant signa, sed erat Ezechie, item Gedeonis fides huiusmodi signis subleuanda, erigenda, & confirmanda, ita nostra imbecilitas signis erigitur, ne de misericordia dei, inter tot insultus peccati desperet. Non aliter atq; pro signo fauoris diuini haberes, si ipsi tecum coram colloqueretur, si peculiare aliquod pignus misericor-

PER PHILIP. MELANCH.

diæ, qualecunq; miraculum, tibi exhiberet, decet de his tibi signis sentire, ut tam certo credas tui miserum esse deum, cum baptismũ accipis, cum participas mensæ domini, quã crediturus tibi uideris, si ipse tecũ colloqueretur Deus, aut aliud quiddam eaderet miraculi, quod a te peculiariter pertineret. Fidei excitandæ gratia signa sunt proposita. Nũc & fidem & signorum usum extinxerunt, quæ ea in quæstu habent. Saluberrima est signorum cognitio, & haud scio an aliud conscientiam consoletur, & confirmet efficacius atq; hic signorum usus.

Quæ alii sacramenta, nos signa adpellamus, aut si ita libet, signa sacramentalia. Nam sacramentum ipsum Christum Paulus uocat. Quod si signi nomẽ displicet $\sigma\phi\epsilon\alpha\ \gamma\iota\lambda\omicron\sigma$ adpelles, quo propius uis sacramentorum signetur. Probabilis & illi uoluntatis, quæ symbolis seu tesseris militaribus hæc signa comparauerunt quod essent notæ tantum, quibus cognoscerentur, ad quos pertinerent promissiones diuinæ, ut Cornelius baptizatus est, cum iam iustificatus esset, ut in eorũ numero referret, ad quos promissio regni dei, & uitæ perpetuæ pertinebat.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Hæc de signorū natura ideo monui, ut qui sit usus pius sacramentorū, possit intelligi, ne quis scholasticos sequatur, qui iustificatio nem horrendo errore signis tribuerunt.

Duo sunt autem signa a Christo in Euan gelio instituta, Baptism⁹. & participatio mē sæ domini. Nos enim signa sacramentalia ea esse iudicamus, quæ gratiæ dei signa diuini tus tradita sunt. Nam diuinæ uoluntatis sig num erga nos, nec instituere homines possu mus, nec ad uoluntatē diuinā significandā, ea signa referre, quæ alio scriptura retulit.

Quo magis miramur quid uenerit in men tem Sophistis, præsertim cū signis iustifica tionē tribuerent, inter sacramēta referre, ea quorū ne v̄bo quidē scriptura meminisset. Nam unde confictus ordo est? Et nuptias nō in hoc instituit deus, ut essent proprium gratiæ signū. Vnctio ritus magis uetus est quam gratiæ signū. Copiose disputauit hac de re Luther⁹ in Babylonica captiuitate, un de reqres exactiorem disputationē. Porro hæc summa rei est, gratiā nō significari certo ac proprie, nisi iis signis, quæ diuinitus pro dita sunt. Atq; ita uocari nō posse sacramen talia signa nisi ea quæ diuinis promissionib⁹

PER PHILIP. MELANCH.

addita sunt. Hinc dictum est a ueteribus rebus & uerbis constare sacramenta. Res, signum est, uerba promissio gratiæ.

DE BAPTISMO.

Sophistæ materiam & formã, sic. n. loquuntur, sacramentorũ prolixè & superstitione tractarũt, usum rei nullum indicãtes. Signum est immergi in aquã. Minister is qui demergit, significat dei opus, adeoq; & signũ diuinę uoluntatis esse demersionẽ illã, cum inquit, Baptizare se nomie patris, filii & spiritus sancti. aut ut Apostoli baptizabant in Actis, nomine Christi. Quibus uerbis plane hoc significatur. Ecce, qd demergeris, id ita accipias p certo fauoris erga te diuini testimonio, atq; si ille ipse baptizet. Pro diuini fauoris testimonio habebat Ezechias, q mirãdo euentu reuocarat umbrã deus. Populus Israel p diuini fauoris testimonio habebat, quod undæ in sinu Arabico uiam sibi aperuissent. Sic tu pro certo gratiæ diuinæ pignore habeto hanc demersionem. Nã quod dicitur In nomine patris & filii & spiritus sancti, notat uicem, q pater, filius, spiritus sanctus baptizent, & interpretetur is q baptizat, remitti tibi peccata ab ipso patre,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

filio & spiritu sancto. Significari baptismo, nam hinc usus eius cognoscetur, constat transitum per mortem ad uitam. Estque demerfio ueteris Adæ in mortem, & excusitatio noui. Id est cur Paulus uocet lauachrum regenerationis. Intelligetur hæc significatio ex typo facillime. Ad umbratus est baptis- mus transitu Israehitarū per sinum Arabicū. Quid aliud illi quam mortē ingrediebant cum aquis se cōmitterent? Transibant fide per aquas, per mortem, dum euaderent. In ea historia gesta res est, quā Baptismus significat, nempe per mortem ad uitā transierunt Israehitæ. Sic tota uita Chriana est mortificatio carnis, & renouatio spiritus. & res, quā significat baptis- mus genit tantisper dū prorsus a mortuis resurgamus. Vera pœnitentia est proprie quā significat baptis- mus. Adeoq; sacramentum pœnitentię baptis- mus est, ut postea dicemus.

Usus uero signi hic est, testari, qd per mortem transeas ad uitam. Testari, qd mortificatio carnis tuæ salutaris sit. Terrent peccata, terret mors, terrent alia mundi mala. confide, quia σφεαγιδα accepisti misericordię ex

PER PHILIP. MELANCH.

gate. futurum ut salueris, quocumque oppugneris a portis inferiorum. Sic uides & significatum baptismi, & signi usum durare in sanctis per omnem uitam. Imo hoc ausim dicere, non aliam efficaciorē consolationem exhiberi posse morituris, quam signi huius mentionē, si admonentur baptismi, se σφραγίδα^s promissionis diuinæ in hoc accepisse, ut certo scirent futurum, ut deus se per mortē in uitam reduceret. Eo signo nil opus fuisse, si sine diuina ope trāsiri potuisset. Nunc ideo signum oblatum esse, ut ne diffiderēt, quin deducēte deo euasuri essent. Nonne si Moses baptizasset Israelitas priusquam uiam in aq̄s ingrederentur, debuisset interim, dum mediū mare penetrant, admonere accepti signi de rei euentu, præcipereque ut meminisset in hoc proditum fuisse signum, ne quid dubitarent se seruatum iri. Idem baptismi usus est in mortificatione, Monet conscientiam conterritam remissionis peccatorum & certam reddit de gratia dei, adeoque efficit ut ne desperemus in mortificatione. Proinde quātis per mortificatio durat, tantisper signi usus est. Non absoluit autē mortificatio, dū uetus

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Adam prorsus extinctus fuerit, quare sit, ut interim, ac perpetuo per oēm uitam signi uisus sit, qd' in assidua illa mortificatione conscientia consolet. Atq; hinc adparet quā nihil signa sint nisi fidei exercēdæ *μνημόσυμα*. Sic baptismū tractat Paul^o ad Ro. 6. Qui in Christū baptizati sunt, in mortem eius baptizati sunt, hoc est, & ut mortificentur, sicut Christus mortificatus est, & ut sciant monēte baptismō eā mortificationē esse transitū ad uitam. Nā quod adiicit Paulus, consepulsi sumus per baptismū, docet, nō tm̄ mortificari sanctos, sed & in mortificatione gescere, & agere sabbatum sepulturæ Christi. Impii mortificant qdē, sed q̄a non credūt p̄ Christū eū esse transitū ad uitam desperāt & prorsus pereunt. Pii mortificant, sed ita ut sabbatū agant sepulture Christi, hoc est, credant eum esse transitum ad uitā, expectentq; consolationē per Christū. Eius cōsolationis interim pignus ἢ *μνημόσυμον* baptism^o est. ut Paulus inqt. Per baptismū consepulsi sumus. Fides facit ut sabbatizemus, quiescamus, expectemus consolationē. Baptismus fidem excitat, nempe signum diuinæ gratiæ. Hic Baptismi usus quā locuples afflictæ cō

PER PHILIP. MELANCH.

scientiæ consolatio sit, nemo opinor facile
 uerbis consequi queat.

De institutione baptismi laboratur ac di-
 scrimine baptismorū Iohānis & Chrī. Qua
 de re qui rectissime senserūt, ita iudicarunt.
 Iohannis baptismum simpliciter esse signū
 mortificationis, Christi baptismum esse sig-
 num uiuificationis, q̄ ei addita sit gratiæ p̄-
 missio, seu condonatio peccatorū. Ideoq̄ Iohannis
 lauachrum uocari baptismū pœnitē-
 tiæ, Christi baptismū, baptismū in remissio-
 nem peccatorū, Quod Iohannes legem præ-
 dicans, præparet ad Christū conscientias ag-
 noscentes peccati. Chrī eos uiuificet, q̄rum
 conscientiæ lege & prædicatione Iohannis
 conterritæ sint. Est, n. iustificationis princi-
 pium peccati cognitio, & iudicii diuini me-
 tus. Consumatio fides, & pax conscientiæ,
 quā cordi spiritus sanctus inserit, ut de lege
 et Euangelio supra diximus. Mihi uidentur
 duo illa lauachra simplicius discerni posse. Si
 Iohannes baptismum pro signo gratiæ per
 Christum paulo post prædicandæ, Christi
 baptismū pro signo iam donatæ gratiæ acci-
 pias, ut eiusdem rei signum uterq̄ baptism⁹
 sit, sed hoc discrimine, ut Iohannis baptism⁹

HYPOTYPOSES TEOLOG.

ad futuræ paulo post gratiæ, Chri baptism^o
 iâ collatæ gratiæ pignus sit $\omega\sigma\phi\sigma\alpha\gamma\iota\varsigma$ ita
 idem significabat uterq; baptism^o mortifica
 tionē & uiuificationē. Nemo. n. iustificat ni
 si qui ante mortificat^o sit. Atq; ut ita sentiā,
 primū hoc facit, q; Iohānis offm nō hoc tm̄
 est, legem prædicare, sed uel potissimū testi
 moniū de Chro dicere, deq; Euangelio, seu
 remissione peccati. Iohan. i. Hic uenit in te/
 stimoniū, ut testimoniū phiberet de lumie,
 ut oēs crederēt per illū. Et Matthei. xi. Inter
 natos mulierū nō surrexit maior Iohāne ba
 ptista. Qui autē minor est in regno cœlorū
 maior est illo, id est, Ante reuelationē Euā
 gelij nulli^o officiū, Iohānis officio pstat, ut q
 non legē mō, ut Moses & alij pphetæ predi
 cat, sed & testat Euangeliū mox p Christū
 reuelandū esse. Porro Iohāne Christ^o maior
 est, quāq; minim^o sit. Adeoq; & Iohannis of
 ficio, maius erat Apostolorū officiū. Et qa
 testis est Euangelij Iohānes, per eum institu
 tū est signū, qd' postea erat Euāgelij seu do
 natæ gratiæ pignus futuræ. Deide Lucæ. iij.
 Iohānis baptismus, dicitur baptismus poenitē
 tiæ in remissionē peccatorū. Et apertissime
 Iohā. i. Vt manifestet in Israel ppterea ueni

PER PHILIP. MELANCH.

ego in aqua baptizans. Et Act. xix. Paulus ait. Iohānes baptizauit baptismo poenitētię populū dicēs, in eū q̄ uenturus ēet post ip̄m ut crederent, hoc ē, in Iesū. Et Matt. xiiij. Iohānes testat̄ suū baptis̄m̄ esse signū futuri baptis̄mi p̄ spiritū sanctū, cū inqt. Ego baptizō uos in aqua. q̄ post me uentur⁹ est baptizabit uos spiritu sancto. Nam hoc agit, se non esse Christū, sed testē de Ch̄o. Sicut Iohā. iij. iquit. Nō sum ego Christ⁹. Adeoq̄ idem baptis̄mus uterq̄ significat, sed hoc discrimine, q̄ adhuc p̄dicandę gratię Iohānis baptis̄mus testimoniū erat, Ch̄i baptis̄mus iam collatę. Neq̄ aliter opinor baptizauerūt Ch̄i discipuli Iohā. iij. q̄ Iohannes. eo q̄ Ch̄s nondū esset glorificat⁹. Et oportuit iterq̄ baptizari, q̄ Ioh̄s baptis̄mo loti erant q̄ certi essent se iam confictos esse remissionem peccatorū, quam obuenturā hactenus crediderant. Nam in hoc signa adhibentur, ut conscientiam certificent. Non iustificabāt, neq̄ Ioh̄s neq̄ Ch̄i baptis̄mus, de signis loq̄r, sed certificabant. Iohannis lauachrum de p̄dicandā adhuc gratiā. Christi baptis̄mus, testabatur iam collatam esse gratiam, & promulgatam promissionē gratię.

HIPOTIPQSES THEOLOG.

In utroq; iustificabat fides. Sed Iohānes aq; baptizat, q; ipse non sit in quem credatur, q; saluet, Christus cū sit saluator, baptizat spītu sancto & igni. Atq; ita rebaptizabātur, q; loti a Iohanne erant, tametsi iusti, ut si qui fuerunt iusti iudæi alicubi, qui Iohannis baptismo loti nō erant. Certificat enim baptismus Christi de collata iam gratia. Nō enim uideo quid inter iustos Iudæos ante Iohannem, & eos, qui a Iohanne loti sunt, interferit, nam utriq; expectarunt Christū, nisi q; hi propius Euangeliū & remissionem peccatorum cognouerunt.

Hæc paucis attigisse satis sit, ne quē longiore tractatione a lectione scripturæ remoremur, ubi diligentius hoc genus quæstiones excutiendæ sunt.

DE POENITENTIA

Pœnitentiam non esse signum, nihil obscurum est. Est enim pœnitentia uetustatis nostrę mortificatio, & renouatio spiritus. Sacramentum eius, uel signū, non aliud nisi baptismus est. Atq; hic oīm rectissime uocatur sacramentum pœnitentię. Siquidē pœnitentia mortificatio nostrī est, in uiram, seu ut renouemur. Id qd; baptismo, ut ante dixi,

PER PHILIP. MELANCH.

significatur. & testatur Paulus ad Roma. vi.
 Qui baptizati sumus in Christum Iesum, in
 mortē eius baptizati sumus &c. Et ad Titū,
 nunc cupā lauachrū regenerationis. Neq; ali
 ud est uita Christiana, nisi hæc ipsa pœnitē/
 tia, hoc est, regeneratio nostri. Mortificatio
 fit per legē ut supra dictū est. Nam hæc con/
 scientiam terret & occidit. Viuificatio fit p
 Euangeliū, seu p absolutionē. Non. n. aliud
 est Euangeliū, nisi ipsa absolutio. Qd̄ mor/
 tificationem nos uocamus, scholastici con/
 tritionē uoluerunt dici, id q̄ ita permitto, si
 non de dolore per liberū arbitrium, p uires
 humanas simulato loquant̄. Non potest. n.
 odisse peccatū natura. Sed diuinum opus est
 consciētiam nostrā cōfundere & paueface/
 re. Hiere. vi. Erubescere nescierūt. Et. xvii.
 Peccatū Iuda scriptum est stilo ferreo in un/
 gue Adamantino, exaratū super latitudinē
 cordis eorū. Et. xxxi. Postq̄ ostendisti mihi
 percussi femur meū. Et Christus de pharisæ
 is Lucē. xi. Nunc uos pharisæi, quod de foris
 est calicis & catini, mundatis, q̄ aut̄ intus est
 uestrū plenū est rapina & ieq̄uitate. Sed hæc
 supra lutiis cum de collatione legis & Euan/
 gelii differim⁹, Non aliud, n. pœnitētia est,

HYPOTYPOSES THEOLOG.
nisi iustificatio. Interim moneo, ut tanq̄ pe-
stem caueas scholastica figmenta de attritio-
nibus & de dolore per liberum arbitrium si-
mulato. Facile aut̄ iudicabit cor tuū uere do-
leas, an si'mles dolorem Sed nec dolore tuo
fidas, quasi ideo condonetur peccatum q̄
doleat, sed poti⁹ ut postea dicam, Absolutio-
ne & uerbo dei.

Fortassis aut̄ permittes pœnitentiæ, hoc
est, mortificationis & uiuificationis signum
baptismū esse, si perseueres. Quod aut̄ lapsis
signū est, quod recipi eos in gratiam testet̄.
Nam ad lapsos tm̄ retulerūt pœnitentiæ uo-
cabulū & sacramentum. Respondeo, Sicut
Euangelium nō amisimus alicubi lapsi, ita
nec Euangelii σφραγίδα, baptismum. Cer-
tum est aut̄ Euangelium nō semel tantum,
sed iterū atq̄ iterū remittere peccatum. Qua-
re non minus ad secundā condonationē, q̄
ad primā baptismus ptinet. Est em̄ baptil-
mus Euangelii, id est remissionis peccatorū
arrabo & pignus. Matth. xviij. Petrus inter-
rogat, Quoties debeat remittere fratribus,
ubi dñs respondet, Septuagesies septies con-
donandum esse. Et. i. Iohan. ii. Sed & si quis
peccauerit, aduocatū habemus apud patrem

PER PHILIP. MELANCH.

Iesum Chr̄m, & ipse est propitiatio p̄ peccatis nostris &c. & ij. Corin. ij. Paulus recipi iubet incestū. Est & apud Chrysoptomū. & citatur ex Clemente Alexandrino Iohannis Apostoli factum, qui iuuenem quendā desertorem ad pœnitentiã reuocarit.

Et quia pœnitentiã partiti sunt in contritionē, Confessionē & satisfactiōem, paucis referemus de his nostrā sententiã. De contritione satis dictū est, quę si uera est, mortificatio uetustatis nostræ est, quã ita uocat scriptura, dolor oīno maior, quam quē possit uel æstimare hoīs ratio. Tantum abest ut sine opera spiritus sancti, libero arbitrio cōteramur, seu mortificemur.

Cōfessio alia est, qua corā deo agnoscim⁹ peccatū, et condēnam⁹ nos ipsos. Ea cōfessio nō aliud nisi illa ipsa mortificatio & uera cōtritio est, de qua modo dicebā. Atq; huius sæpe scriptura meminit, i. Iohan. i. Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis ē & iustus ut remittat nobis peccata nostra. Et dauid. Quoniã iniquitatē meã ego cognosco, & peccatū meum contra me est semper. Tibi soli peccavi & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris.

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Item Dixi confitebor aduersum me in iusticiam meā dño, & tu remisisti impietatē peccati mei. Citra hanc confessionē peccatū nō condonatur. Rursum non pōt nō condonari huic confessioni nempe qua nos ipsos ad/cusamus & dānamus, deo gloriam ueritatis & iusticiāe tribuimus.

Alio confessio est qua nos nō domi tantū apud nos, sed & corā aliis accusam⁹. Hęc quondā in Ecclesia talis erat. Qui criminis alicui⁹ reus erat primū priuatim a fratre quopiam, deinde corā ecclesia arguebatur. Atq; ibi condonabatur noxa resipiscenti. Eiicie/batur ex ecclesia is q; ecclesiā non audiebat. Habes formā huius confessionis Matthæi. xvij. ubi usus clauū pditus est. Nunc eius exemplū in ecclesia nullū est cū ad cohercenda uicia nō alia ratio commodior esset. Sed successit ei cōfessio illa, qua priuatim & seorsum apud singulos presbyteros res agit. Et inter prisca illam confessionē & nostratem hoc interest, q; de publicis tantū & manifestis criminib; prisca agebat, nostrate de secretis etiā agitur. Vetustissimus mos fuit, accusari publica crimina coram uniuersa ecclesia, & totius Ecclesiæ suffragiis absolui. Is

PER PHILIP. MELANCH.

mos iã olim abrogatus est, designatusq; un⁹
 aliqs ex numero presbyterorũ, coram quo
 priuatim adcusabantur quanq̃ publica cri-
 mina, is mulctã indicebat flagitiosis p̃ arbi-
 trio corã Ecclesia, nempe p̃ publicis crimi-
 nibus. Nec ad Synaxin admittabantur, nisi
 q; pœna illa publica defuncti erant. Eius ex
 emplũ adhuc manet in publicis pœnitentiis
 nostrorũ temporũ, cũ homicidiã in ecclesia
 plectuntur. Hanc pœnitentiã formã descri-
 bit quisqs est tripatriã, q̃ uocant, historiã
 auctor, græcus ut adparet. Atq; Constanti-
 nopoli antiquatã durare adhuc i ecclesiis oc-
 cidentalib⁹, estq; ea, cuius sæpe Cyprianus
 meminit. Qui cũ de publicorũ criminũ con-
 fessione loquitur, tamẽ indicat eam corã sacer-
 dote potius, q̃ uniuersa ecclesia factã. Regre-
 si libet eius sermonẽ de lapsis. Verba græcæ
 historiã subiiciã. Visum est antiqs pontifi-
 cib⁹, ut uelut in theatro, sub testimonio eccle-
 siastici populi delicta pandant, & hac causã
 presbyterũ bonę conuersationis, seruanteq;
 secreti, ac sapientẽ uirũ designauerũt, ad quẽ
 adcedentes hi, qui deliquerant, delicta ppria
 fatebant. Atq; ille secundũ uniuscuiusq; cul-
 pam, mulctã indicebat. Quod etiã hacten⁹

HYPOTYPOSES THEOLOG.

diligēter in occidentalib⁹ seruat^r ecclesiis,
 & maxime Romæ, ubi etiam locus est cert⁹
 pœnitentiū, ubi stant rei uelut ii qui lugent.
 Porro ubi sacra celebratio impleta fuerit, illi
 cōmunionem non percipientes, cū gemitu
 & lamentatione seip^sos in terra prostrerūt,
 Ad quos adcurrentes Episcopus, & ipse cum
 lachrymis & gemitu spirituali procumbit,
 & totius ecclesiæ plebs illachrymat. Postea
 primis oīm confurgit Episcopus, & iacen/
 tes erigit e terra. Tum facta pro pœnitenti/
 bus oratione, dimittit omnes. Interim illi se
 macerant uariis afflictionibus ex sententia
 Episcopi, Synaxeos tēps, quod præscribit E/
 piscopus expectant. Quo tpe, uelut iam per/
 soluto debito una Synaxi cū reliqua Eccle/
 sia participant. Hæc Romani pontifices ad/
 nostra usq^{ue} tēpora obseruauerūt. Sed cōstan/
 tinopoli tantisper presbyter pœnitentibus
 præfuit, dū mulier quædā primę nobilitatis
 post confessionem, in Ecclesia pœnitentiã a/
 gens, cū Diacono aliquoties concubuisset.
 Qd' ubi palã factū est, aduersus presbyteros
 coorta plebs est, q^{ue} Ecclesiam uiolassent. Ibi
 Nectarius Episcopus Diaconū officio deie/
 cit, & ueterē pœnitentiū morē antiquauit,

PER PHILIP. MELANCH.

nullo designato pœnitentibus presbytero
permisitq; , ut pro suæ quisq; conscientiæ iu
dicio, participaret mensæ dñi, cum liberet.
Hæc fere ad uerbum historia tripartita.

Ex his colliges duplicem formã publicæ
pœnitentiæ fuisse quondã, Alteram primæ
ecclesiæ ubi coram uniuersa ecclesia res ge/
sta est, & uel eiecti e communione fidelium
flagitiosi, qui resipere nolebant, uel absoluti
qui resipiebant. Exemplum huius habes, i.
Corint. v. Et. ij. Corint. ij. de incesto. Alterã
ubi pœna publica est, confessio non item.
Cuius exemplum hodie extat in homicida/
rum pœnitentia. Pœnæ uero non debentur
iure diuino, sed a traditionib⁹ humanis pro
fectæ sunt, ut postea dicam. Et de hoc gene/
re pœnitentiæ, fere canones ueteres loquun
tur. Quos ad priuatam detorquent inepte,
fatui iuris pontificum professores.

DE PRIVATIS

Confessionibus

Præter publicã pœnitentiã, priuatæ con/
fessiones sunt. Primũ illæ, cũ priuati recõeli
am⁹ eos q̄s offendim⁹. De quo genere dictũ
est Matth. v. Si offers munus tuũ ad altare,

HYPOTYPOSES THEOLOG:

& ibi recordatus fueris, q̄a frater tuus habet aliquid aduersum te &c. uade reconciliare fratri tuo, Et Iacobi ult. Cōfitemini alter alteri peccata, id est, alter alterum de preceptur offensam &c.

Deinde sunt ecclesiasticæ illæ, quarum fere usus hodie est. Eas quondã tales fuisse adparet, ut quorũ conscientiaẽ angebant aliq̄ de re, sanctos & peritos rerum spiritualium cōsulerent, & ab illis absoluerent. Hui⁹ mētio facta est a Basilio, si titulus non fallit, in opere de institutis monachorũ, quod a Rufino latinitate donatum putant. Et tot quidẽ genera cōfessionũ mihi comperta sunt, quæ cum alia sint iure diuino tradita, alia hominum inuenta, prudenter discernēda sunt.

Exigi iure diuino confessionem eam que deo fit satis constat, uel ex illa, i. Iohan. i. sententia, quam supra citauimus. Nec eĩ remittitur peccatum, nisi confiteamur deo, hoc ẽ & damnemus nos ipsos, & fidamus misericordia dei condonari noxam.

De confessione publica publicorũ criminum coram ecclesia ubi testibus res geritur, quid attinet disputare? Fateri res ipsa cogit non ius tantum diuinum, si aduferis, cogit

PER PHILIP. MELANCH.

item ius diuinum ut fratrem places.

Reliquæ confessiones sunt hominum traditiones. Nam si te ultro ecclesiæ offeras, & absolui uelis, siue clam, siue publice deliqueris, non exigit ius diuinum recensionem factorum. Sic Christus absoluit plerosq; sic Apostoli in Actis absolunt aliquot milia, nihil postulantes recenseri catalogū peccatorum. Hæc dicunt in hoc ut imbecilibus eorum conscientiis cōsulatur, qui si quid in recensenda confessione præterierint, tantū non desperant.

Absolutio priuata sic necessaria est, ut baptismus Tametsi enim audias Euangelium communiter uniuersæ Ecclesiæ prædicari, tamen tum demū certus es id ad te proprie pertinere, quom tu priuatim ac proprie absolueris. Non sitit gratiam qui nō efflictim cupit audire sententiam de se diuinā Est em̄ dei non hominū sententia, qua absolueris. modo absolutioni credas. Quam certa erat mulier peccatrix Luca. vii. culpam omnē sibi condonata esse, cum audiret Christi uocem. Remittuntur tibi peccata, tam certus esto tu quoq; cum a fratre, quisq; est, absolueris. Neq; uero absoluntur, nisi qui & ab

HYPOTYPOSES TEOL OG.

Solui se optant & credunt, quare non absol-
uuntur ii qui coacti pontificia constitutiōe,
quotannis confessionem & pœnitentiam
simulant. Immo ludibrio habent Christum,
qui adacti lege pontificia non desiderio spiri-
tus, absolutionem petunt.

Satisfactio nulla est præter Christi mortē
Esaie .liij. Ipse iniquitates nostras portauit.
Quæ uero nunc pœnitentibus satisfactiōes
imperantur, hominū inuentū sunt, & ortæ
e canonibus pœnitentialibus, qui de publi-
cis quodā pœnitentijs conditi sunt. Hoc sa-
tisfactionū commento Christi satisfactio, &
fides in uerbum absolutionis egregie extin-
cta sunt. Sūt quidem in scripturis pœne pec-
catorum alicubi, sed non omnium. Quare
satisfactiōes eas pœnas nemo recte dixerit.
Ex satisfactiōibus indulgentiæ, Merx Ro-
mana, ortæ sunt, quæ remittebant pœnas il-
las canonicas publicarū pœnitentiæ, Has
impj homines pro diuina condonatiōe uer-
di instituerunt, ut suo potius quam dei verbo
fideretur. Porro, ut finiam tandē, pœniten-
tiæ partes duræ sunt, Mortificatio & uiuifica-
tio, Mortificatio fit cū cōscientia lege terref.
uiuificatio cū per absolutionem erigeris &

PER PHILIP. MELANCH.

confirmaris. Est enim absolutio Euangeliū
quo Christus tibi condonat noxā. Signum
pœnitentiæ aliud nō est præter baptismū.

DE PARTICIPATIO ne Mensæ domini

Signum gratiæ certum est participatio
mensæ dñi, hoc est, manducare corpus Chri
sti & bibere sanguinem. Sic .n. ait, Hic est
calix noui testamenti &c. Item, Quoties fe
ceritis, facite in memoriā mei. Id est, cum fa
citis admoniamini Euangelii, seu remissio
nis peccatorum. Non est igitur sacrificium,
siqdem in hoc est traditum, ut certo admo
neat tm̄ promissi Euangelij. Nec delet pec
catum participatio mensæ, sed fides delet, ea
uero hoc signo confirmatur. Vt Stephanū
non iustificabat conspectus Christi, cum iā
necandus esset, sed fidem eius confirmabat,
qua iustificabat & uiuificabatur. Ita nec par
ticipatio mensæ iustificat, Sed fidem confir
mat, ut supra dixi. Sunt igitur impiæ missæ
omnes præter eas quibus conscientiæ ad fir
mandam fidem eriguntur. Sacrificium est,
cum nos aliquid deo offerimus,

HYPOTYPOSES THEOLOG.

at Christum non offerimus deo, sed ipse se/
mel obtulit, quare qui missas in hoc faciunt
ut seu bonum aliquod opus faciant, ut deo
Christum offerant, pro uiuis ac mortuis, ut
putent quo sepius ingeminetur, eo melius
fieri, impie errant. Et hos errores magna ex
parte opinor Thomæ imputandos esse, qui
docuit missam prodesse aliis præter eum q
manducat.

Est autem significatio hui⁹ sacramenti, cō
firmare nos toties, quoties labascunt cōsci/
entia, quoties de dei uoluntate erga nos du/
bitamus. Id cum alias sæpe tum maxime cū
moriendū est accidit. Potissimū igit^r eo mo/
rituri confirmādi sunt. Neq; uero uita Chri/
stiana est, nisi assiduo moriamur. Confirma/
tionē opinor, impositionē manuū esse. Vn/
ctionem arbitror esse eam de qua Marci. 6.
Sed ea signa esse tradita, ut certo significant
gratiā nō uideo. Matrimoniū non esse insti/
tutū ad significandā gratiā nō est quod du/
bitem⁹. Quid aut^m in mentē uēit iis qui inter
signa gratiæ Ordinē numerarunt? cū non
aliud sit ordo quam deligi ex Ecclesia eos q
doceant, baptizent mēsa benedicāt, & elee/
mosynas partiant egenis. Episcopi seu pre/

PER PHILIP. MELANCH.

ſbyteri dicebant, qui docebant, lauabant, & benedicebant menſæ. Diaconi, qui eleemoſynas partiébantur inter inopes. Neq; ſic diſcretæ horũ functiões erant, ut Diacono piculare eſſet docere, baptizare aut benedice- re menſæ. Imo hæc oĩbus Chriſtianiſ licēt. Nam omiũ ſunt clauſe Matth. xviii. Sed dei mandabatur eorũ procuratio qbusdã, ut eſſent qui ſibi rem eccleſiaſtica nõ neceſſario ſci- rent adminiſtrandam eſſe, & ad quos rite re- ferri poſſet, ſi quid incidiſſet.

Et ut hoc obiter moneã, uocabulo Epif- copi, aut preſbyteri, aut Diaconi, nõ conue- nire cũ uocabulo ſacerdotis. Sacerdos enĩ a ſacrificio in ſcripturis & interpellando dicit̃ Sumuſq; ſacerdotes oēs Chriſtiani, quia ſa- crificium, hoc eſt, corpus noſtrum offerim⁹. Nam præterea nullũ eſt ſacrificiũ in Chriſti- aniſmo, & ius habemus interpellãdi dei im- mo & placãdi. Huc pertinet ſententiã Petri- genſ ſancta, regnũ ſacerdotale. Reges, n. ſu- mus Chriſtiani, quia liberi per Chriſtũ om- niũ creaturarum, uitæ, mortis, peccati domi- namur, ut ſupra dixi. Sacerdotes quia noſ ip- ſos deo offerimus, & interpellam⁹ pro pec- catis noſtris. Hæc latius docet Epiſtola ad

HYPOTYPOSES THEOLOG.

Heb. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, nō sūt, nisi qui docent, baptizant, benedicūt mensæ, eleemosynas dispēsant. Missarij sacerdotēs, pphetæ lezabilis, hoc est, Romæ sunt.

DE CARITATE.

De peccato, lege, gratia, Euangelio, adeo q̄ & iustificatiōe hacten⁹, quæ quæstio oim hominum, semp communis fuit, eritq̄. Qui nam iustificari homo possit. Philosophi & pharisæi docuerunt hoīem suis uirtutib⁹ & conatibus iustificari. Nos docuimus iustificari sola fide, hoc est, Christi iusticiā nostrā iusticiam esse per fidem, opera nostra, conatus nostros, nihil nisi peccatū esse. Hæc qui tenet, summā scripturæ tenet, uidelicet iustificari credentes MISERICORDIA dei. Postremo res postulat ut de caritate dicam⁹. Supra monui amorem dei esse fructū fidei. Non potest em̄ non redamare deū, qui fide misericordiam comprehendit adeoq̄ amor dei, fidei fructus est. Ex amore dei nascit⁹ & pximi amor, cū deo in omnib⁹ creaturis seruire cupim⁹. Et huius quidē amoris ego nul- lam regulā breuiorē aut aptiorē possum tra- dere, q̄ hæc est. Dilige proximū sicut te ipsū Augustin⁹ ordinem diligendorū concepit;

PER PHILIP. MELANCH.

ut primū animas, postea corpora, primum
nostros, postea alienos diligamus. Nos fidē
caritati semper præferimus. Ergo & ea que
sunt animæ, corporis necessitatib⁹ fere præ/
ferimus, ceterum alienos, inimicos iuxta at/
q̄ amicos diligī Ch̄s iubet Matt. v. & Pau/
lus Ro. xii. Quib⁹ benefacere debeas, cum
amicis, tum inimicis facile iudicabit spiritus
Certe Paulus maxime de domesticorū rationē
haberi uoluit ad Gala. & ad Timoth. Nolo,
n. libertatem spiritus eiusmodi disputationi
bus uinciri, quales illę sunt u^t sumulariorū,
uel Ciceronis in. iij. Officiorum, ubi differit
de officio eius, qui ex naufragio in tabulam
eandem peruenierit, quam & sapiens quispi
am tenuit. Apagesis illas stultas quęstiones
quarum exempla nulla facile in res huma/
nas cadunt,

DE MAGISTRATIBVS.

Maxime necessari⁹ uisus est locus de ma/
gistratibus, ac primum quidem sequemur
uulgarem diuisionem, docendī gratia. Magi/
stratus alios cēsent ciuiles esse, alios ecclesia/
sticos. Ciuilis magistratus est qui gladium
gerit, & ciuilem pacem tuetur. Hūc probat
Paulus Romanos, xiiij.

HIPOTIPOSES THEOLOG.

Gladii partes sunt iura ciuilia, ordinationes ciuiles iudiciorū forensium, pœne fontium. Estq; ius gladii dispensatio legū de non occidendo, de nō uindicando &c. Adeo pie administrat gladium magistratus. Item Iuris consulti, si de iure respondeant, aut patrocinentur oppressis, ut maxime peccent, qui litigant. De ferēda autem gladii potestate sentio, Primum si quid contra deum imperarint principes, non esse obtemperandum. Actuum. v. Oportet deo magis obedire, q̄ hominib⁹. Exempla huius loci habes innumera, & uel illud pulcherrimum Amos. vii.

Deinde si imperarint, quod est ex utilitate publica, obtemperandū est iuxta illud Roma. xiiij. Obediendum esse non solum propter iram, sed & p̄pter conscientia. Nam caritas nos obstringit ad oīa onera ciuilia.

Postremo, si quid imperēt tyrannice, hic quoq; terendus est magistratus, propter caritatem, ubi sine publico motu, sine seditiōe nihil mutari potest. Iuxta illud, Qui percussit te in dextram, obuertere ei & sinistram.

Quod si citra scandalum, citra publicum morū elabi possis, elabere, ut si coniectus sis in carcerem nihil malī meritus, & effringere

possis, sine publico motu, nil uetat fugere;
Iuxta illud, primæ Corinth, vij. Si potes li-
ber fieri magis utere.

De Ecclesiasticis magistratibus sic cense-
mus, Primū ministros esse Episcopos, non
potestates aut magistrat^o. Deinde nō habe-
re ius Episcopos condendi leges, ut quibus
mandatum sit prædicare uerbum dei tantū,
non hominum, ut supra diximus. Et ex Hi-
eremię, xxiiij, satis adparet.

1 Primū ergo doceant scripturā, sic audien-
di sunt ut Christus. Iuxta illud, Qui uos au-
dit, me audit. Nam ad scripturam, nō ad tra-
ditiones humanas pertinet, ut patet cum in-
quit, Qui pphetam nomine prophetæ reci-
perit, non pseudopphetam.

2 Deinde si quid contra scripturam docue-
rint, non sunt audiendi. Actū quinto. O-
portet Deo magis obedire q̄ hominib^o. Et
Matthæi dicimoquinto. Irritum fecistis mā-
datū dei propter traditionē uestram. Con-
tra ius diuinū decretum est a Papa hoc tem-
pore in Bulla qua Lutherus damnatus est,
hic ne utiquam audiendus est.

3 Tertio si quid præter scripturā statuerint,
in hoc, ut consciētias obstringant, nō sunt

HYPOTYPOSES THEOLOG.

audiendi. Nihil enim conscientiam obligat nisi ius diuinū. De his loquebatur Paulus. i. Timoth. iij. ubi doctrinas dæmoniorū uocat, legem de cœlibatu, de cibis interdictis, quæ quanq̃ non uideantur aduersari scripturæ, ut quæ per sese non sint mala. Malus enī cœlibatus non est. Abstinerere carnibus malum nō est. Sed impia hæc sunt si peccare te putes ubi diuersum feceris. Impia docent, q̃ censent peccare eū, qui horas canonicas nō legerit, qui carnem ederit die sexta aut septima, &c. Non enim potest Episcopus Christianam conscientiam uincire. ij. Corinth. ultimo, Data est nobis potestas non in destructionem, sed ædificationem.

4 Quarto, Si nō oneres conscientiam Episcopi lege, sed pro onere externo interpreteris, ut solent spirituales & ii qui intelligunt conscientiam uinciri nulla lege humana posse. Sic iudicabis de lege Episcopi, ut de tyrannide magistratus ciuilis. Quidq̃d enim Episcopi præter scripturam imperant, tyrannis est. Nam imperandi ius non habent. Feres ea onera propter caritatem, iuxta illud. Qui te percusserit in dextram, obuerte & sinistram, Porro si sine scandalo possis diuer

PER PHILIP. MELANCH.

sum facere, nihil uetat. Ut si sine motu pu/
blico possis effringere carcerē, in quo a tyrā
no uinctus teneris, nihil uetat, iuxta illud.
Si potes liber fieri, magis urere. Et Christus
dispensauit de traditionibus pharisaicis Ma
thæi. ix. & .xij. De legibus autem ciuilibus
nō dispensauit. Et pharisaicis legibus dispē
satis liberiores sumus ut quæ & priuatim
singulorū magis, q̄ communia onera sint,
& conscientiam facile illaqueent. Sunt autē
omniū legum humanarū & regula & dispē
satio, fides & caritas adeoque & necessitas.
Hæc liberat ab omnibus traditionibus, si
cubi uel anima uel corporis uite per traditio
nem adducta fuerit in discrimen.

DE SCANDALO

Quæris autem quatenus habēda sit scan
dali ratio? Primum omnium moneo, quod
& antea, fidem & caritatem regulas esse om
nium functionum humanarum, sed in his fi
des potior est.

Est autē scandalum offensio, qua in proxi
mo aut fides aut caritas læditur. Fides ut si
quid a sacris literis doceatur diuersum, fides

HYPOTYPOSES THEOLOG.

proximi offenditur. Huiusmodi scandalum tota doctrina scholastica est, quæ satisfactio- nes, quæ opera liberi arbitrii probans obscu- rauit gratiam. De hoc genere Christus loq- tur Matthæi. xviij. Qui scandalizauerit unū de pusillis istis qui in me credunt satius fue- rat eum mola asinaria de collo suspensa de- mersum esse &c. Caritas læditur si quis egē- tem non adiuuet, interturbet publicam pa- cem. De hoc genere Christus loquitur Mat- thæi. xvij. de tributo persoluendo ne scanda- lizemus eos.

1 In iis quæ exiguntur iure diuino, nullo re- spectu scandalī, iure diuino obtemperandū est, faciendum, & docendum quod exigit iure diuino. Semper enim fides caritati præ- ferēda est. Atq; huc iterum facit quod est in actis. v. Oportet deo magis obedire q̄ homi- nibus. Et Christus inquit, Nō ueni pacem mittere sed gladium. Sic Daniel nō obtem- perabat legi de statua aurea adoranda. Nec nos pareamus impiis principibus damnāti- bus Euangelium hoc tempore.

2 In iis quæ sunt iuris humani & mediā, ut

PER PHILIP. MELANCH.

cœlibatus, abstinere a carnibus, nō obligat
traditio humana in casu necessitatis, Nam &
Christus de diuina lege, in casu necessitatis
dispensat. Matthæi. xi. Discipulis spicas uel/
lentibus. Quanto magis licet hominum tra-
ditiones si necessitas uitæ postulet uiolare.
Multo magis uiolare liceat, si pericliteſ ani-
ma, ut si iuratur sacerdos, ut uocant, iuxta il-
lud. ij. Corint. ulti. Data est nobis potestas
in ædificationem non in destructionē. Pau-
lus ad Coloss. ij. damnat leges quæ corpus
immodice onerant.

3 Coram pharisæis exigentibus suarū tra-
ditionum obseruationem, quasi necessariae
sint ad salutem, nullo respectu schandali ui-
olentur. Fecit hoc in iure diuino Paulus, cū
Titum circumcidere nollet, ad Galat. i. Quā-
to magis liceat in stultis traditionibus papi-
sticis. Et Christus iubet sinendos esse eos q
scandalizabantur q̄ cœci essent, & cœcorū
duces.

4 Docendæ libertatis gratia uiolare licet
traditiōes humanas, ut intelligant imperiti,
nō peccari etiamsi quid contra traditiones

HYPOTYPOSES THEOLOG^o
hominum admittāt. Plane in tali casu repre-
hendit Petrum Paulus, q̄ cesserat imperitis.
leges stulte obseruantibus & ignaris liberta-
tis Euangelicæ.

§ Apud infirmos & qui nōdum audierūt
Euāgelium, faciendum est caritatis officiū,
& seruendum traditionibus humanis, mo-
do contra diuinum ius nihil admittamus.
Sic Paul⁹ in Actis, Hierosolymis rarus est,
cum in tanta multitudine pauci admodum
essent, qui libertatem Euangelicam satis in-
telligerent, Et hic Paulus perpetuo mauult
carnibus abstinere, q̄ fratris animam perde-
re. Et Roma. xiiij. Infirmum in fide suscipi-
te. Quanq̄ illis temporibus de diuina lege
agebatur, nūc cum de traditionibus huma-
nis agatur, liberius dispensemus. Immo im-
pium est obtemperare, sicubi sunt Episcopi
qui earum obseruationem exigunt ita ut cō-
scientiam peccato oneratam uelint si uiolen-
tur. Sunt enim cum exiguntur dæmoniorū
doctrinæ. cæterum si non exigantur, Pauli
regula seruetur. Neq̄ abundat qui mandu-
cat, neq̄ eget q̄ non manducat. i. Corin. 8.

Habes rerum theologiarum communis-
simos locos, quorum exactiorem rationē

PER PHILIP. MELANCH.


e scripturis pete, nos contenti sumus indi-
casse quid obserues. Adeoq; mecum etiam
bene actum puto, q; tenuius res tantas, quã
debui, tractaui, ne quem infœlici diligentia
a scripturis ad meas disputationes auocarẽ.


Censeo enim non aliter atq; pestem fu-
giendos hominum commentarios
in rebus sacris, Quod doctrina
spiritus pure, nisi e scripturis
hauriri non possit. Quis
enim spiritum dei pro-
pius expresserit, q̄
ipse sese?

οὐκ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ
θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει.

I M P R E S S V M
A R G E N T I N E .

Anno. M. D. XXII.





909-10

